

**Catalogus plantarum medicinalium in Pharmacopoea Batava memoratarum
/ [Gerardus Vrolik].**

Contributors

Vrolik, Gerardus, 1775-1859.

Publication/Creation

Amstelodami : W. Holtrop, 1805.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/m94ww9hr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**


Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





M. A. 139

EPB / B

54356 / B

A large, stylized handwritten flourish or signature mark, consisting of a single continuous line that starts on the left, curves upwards and then downwards to form a loop, and ends on the right.





47

PHARMACOPŒEA

ITALICA

ANNO MEDICINALIUM

1888

ROMÆ

1888

1888

1888

1888


1888

1888

1888

1888

1888



GERARDI VROLIK
CATALOGUS
PLANTARUM MEDICINALIUM

IN

PHARMACOPOEA BATAVA

MEMORATARUM.

Editio altera auctior.

A C C E D I T


I N T R O D U C T I O

DE STUDIO BOTANICO RECTE INSTITUENDO.

A M S T E L O D A M I

Apud Gulielmum Holtrop.

M D C C C V.



GERARDUS VROLIK

CATALOGUS

PHARMACOPŒE BATAVAE

IN

PHARMACOPŒA BATAVA


MEMORIALIUM

PHARMACOPŒA BATAVA

PHARMACOPŒA BATAVA

PHARMACOPŒA BATAVA

PHARMACOPŒA BATAVA



V I R I S,

ERUDITIONIS, DOCTRINAE ATQUE INGENII

LAUDE

C E L E B E R R I M I S,

SEBALDO JUSTINO BRUGMANS,

M. D. Medicinæ, Chæmiæ, Botanices et Hiftor.
Natur. in Academia Lugduno-Batava Profesori
ordinario, cet.

P E T R O D R I E S S E N,

M. D. Medicinæ, Chæmiæ, Mater. Med. et Hiftor.
Natur. Profesori ordinario in Academia Gro-
ningana, cet.

JOHANNI RUDOLPHO DEIMAN,

M. D. Amftelodamenfi, cet.

In confcribenda Pharmacopœa Batava

S O C I I S,

AMICIS CARISSIMIS,

hocce opusculum

sacrum vult

AUCTOR.

P R A E F A T I O.

Quum anno praeterlapso Catalogum plantarum medicinalium, in Horto Medico Amstelodamensi cultarum et memoratarum in Pharmacopoea Batava, publicam in lucem ederem, nequidem divinare potui, tam parvo temporis spatio totam hancce Editionem distractum iri, ut jam altera vice novam curare coactus fuerim. Res praeter expectationem evenit, mihiqve novum injecit calcar, ut opusculum quantumpote redderem perfectius.

Solas hic memorari plantas, de quibus certo, aut saltem quadam verisimilitudinis specie constat, partes pharmaceuticas desumi, vix optus est, ut indicem. Hoc unum dico, herbas asterisco () vel unico, vel pluribus notatas, ad illas pertinere, quibus mercatores nonnulli mala fraude utuntur, ut pharmaca turpiter depravent, maximo plerumque aegrotantium damno.*

Quod ad methodum, quam in plantis disponendis sum secutus, Linnaeana est, antiquior illa, qua in Classes viginti quatuor totum Vegetabile Regnum dividitur. Ne vero aliquis sibi in animum inducat, me improbare emendationes illas, quas celeberrimus proposuit THUNBERG, omnes Systematis Sexualis Classes ad viginti reducens, dum vigesimam, vigesimam primam, vigesimam secundam et vigesimam tertiam reliquis intermisceat, ex numero aut staminum connexu distributionem instituens. Neque prorsus ignoro Systematis mutationes, quas clarissimus LILJEBLAD introductas voluit; ex cujus lubitu Classium numerus decimum sextum non superaret: vel denique, ne diutius hisce immerer, celeberrimum VON SCHREBER vigesimam quartam Classem in sex ordines divisisse, quorum primus comprehendit Miscellaneas, secundus Filices, tertius Muscos, quartus Hepaticas, quintus Algas, sextus Fungos.

Status, quo hodie quidem apud nos versatur res herbaria inter illos, quorum in usum Catalogum huncce concinnavi, vix sinebat, ut alia procederem ratione. Ne dicam, in libris plerisque

botanicis, quibus hujus rei studiosi utuntur, nullam omnino de mutationibus istis mentionem fieri. Quam ob rem in Introductione ipse ego de emendationibus silere, consultius duxi, quam verborum ambage Tyronibus nocere.

Generum characteres atque specierum plerosque desumsi ex praestantissimo opere (a), quod celeberrimo debemus WILLDENOW, non vero omnes. Primo quidem illud prohibuerunt Classes ultimae, quae desiderantur; at vero huic rei et illud accedit, quod ex nostris et aliorum observationibus mutationes quasdam aut ad species, aut ad genera recte definienda passim attulerimus. Si aliorum secutus sum ductum, horum diserta fit mentio.

Patriam cujuscunque stirpis indicavi, ut pateat, sitne exotica, vel nobis indigena; utrum in hortis usui medico colatur, an vero aliunde
pe-

(a) CAROLI a LINNÉ *species plantarum*, Editio quarta, post Reichardianam quinta, curantē CAROLO LUDOVICO WILLDENOW.

*peti debeat. Ubicunque locus natalis expressis
verbis non fuerit memoratus, Belgium signifi-
catum volui.*

*Linnaeanis officinarum subjunxi nomina, ut
eo opusculum majorem habeat utilitatem; ad-
didi demum partes, quae dicuntur usuales;
illas vero solas, quas Gubernatorum Reipublicae
Batavae summa auctoritate sancitas noverim.
Magnopere profecto sperandum foret, omnes
nos cognitas habere plantas, e quibus phar-
maca desumuntur. Botanicorum indefessus la-
bor nuperrime magnam adduxit lucem, omnia
autem nondum sublata sunt dubia, ita, ut de
multis originem divinare nequidem possimus.
Quae est ratio, cur de partibus illis, qua-
rum origo plane est incognita, in hac serie
plantarum nullam fecerim mentionem.*

Scripti

die 13^{to} Mensis Julii

Anni MDCCCV.

DE STUDIO BOTANICO RECTE INSTITUENDO.

Praecipuus, ob quem Botanica est discenda, scopus, in eo consistit, ut plantae obviae possint ab omnibus aliis distingui.

Si pauca duntaxat existerent vegetabilia, vix aliqua artis, sive disciplinae forma opus foret. Jam vero cum in Regno vegetabili formarum, quibus species constituuntur, sit ingens diversitas et multitudo; cum porro illarum formarum affinitates sint multiplices, unde facile inter se confundantur, necesse fuit, ut methodus inveniretur, qua plantarum agnitio posset esse eodem tempore et facilis, et certa.

Quid ergo *methodus* sit *botanica*, quisque facile intelligit. Nihil nempe aliud est, nisi via, quam Botanicus sequitur, ut plantas ipse agnoscat et aliis agnoscendas exponat.

Ante omnia vero tenendum est, quid ad ejusmodi methodum requiratur. Primo quidem omnes intelligunt, quod, cum hinc agatur de plantis numerosissimis agnoscendis, ante omnia nomina existere debeant, per quae

ipsa vegetabilia distinguantur. Dein requiruntur, cum tot recepta sint nomina, quot sunt species plantarum, notae constantes et perpetuae, quibus illae plantae dignoscantur ab aliis. Notae enim causam fistunt, cur distinguantur, cur determinato nomine designentur. Discernuntur itaque plantae per nomina, non propter nomina.

Notae illae, quibus plantae distinguuntur et ob quas earum discrimen notatur, vocantur *characteres botanici*. Characteres illi debent etiam significari aptis terminis, certis et accuratis, desumendis, ut ipsa rei indoles declarat, ex diversis partibus, e quibus plantae agnoscendae constant. Altero ergo loco ad plantas dignoscendas requiritur, ut constituantur *termini*, apti ad exprimendum quam accuratissime formam, singulis plantis propriam.

Partium haec expositio *technologia est botanica*, seu complexus terminorum botanicorum.

Cernitur itaque, non alio modo viam posse parari ad cognitionem botanicam, nisi expositione praemisfa nominum plantarum, et terminorum technicorum.

His autem praemisfis, nondum planta potest agnosci, nondum methodus botanica est condita; verum sic jam propius ad methodum accedimus. Methodus quippe ejusmodi, quae et *systema* dicitur, ordo est, quem Botanicus sequitur, ut plantam agnoscat. Hunc vero vel aptissimis plantarum nominibus, adaequatisve terminis nequaquam constitui posse, facile quis percipit.

Hoc in ordine illam viam sequi cogimur, quam natura voluit, qua non nisi pedetentim et gradatim ad omnia, quaecumque fuerint, agnoscenda, progredi nobis conceditur.

tur. Hic ordo imprimis illud postulat, ut corpora agnoscenda secundum ipsorum formas aut convenientes, aut discrepantes, dividamus in *clases majores*, atque *minores*, hasque iterum subdividamus, donec tandem ad membra divisionis seu ad *subdivisiones* pervenimus, quae exiguae adeo sunt magnitudinis, ut junctim eodem tempore facile mente comprehendi possint.

Tam late patet naturae campus, ut nisi per partes eamus, cuncta confundantur. Mens etenim humana, quamvis innumera possit complecti, si sensim et per gradus progrediatur, paucissima tantum tenet, si multa simul ipsi comprehendenda exhibeantur.

Imitandi ubique Geographi sunt, qui, Regni alicujus cognitionem desiderantes, non incipiunt ab investigatione totius Regni, omniumque, quae in eo sunt, sed, qui Regnum primo dividunt in Dioecesis, Dioecesis in Provincias, Provincias in minores plagas. Dein singulas partes describunt, a minoribus incipientes in majoribus desinunt.

Divisio igitur Regni vegetabilis, simili ratione instituenda, *ordinem* sistit *botanicum* seu *systema*. Hujus propterea expositio pariter expositioni plantarum praemittenda erit.

Ex hisce jam omnibus facile liquet, quomodo sit iter ingrediendum, ut via aperiatur, quae ad cognitionem botanicam sola ducit. Primo loco *nomina plantarum* generatim sunt exponenda, altero loco venit *technologia*, tertio loco *expositio systematis*.

Nomina plantarum, ut omnium rerum, quarum nobis fit usus, sunt arbitraria, nec, nisi de ipsis convenient omnes, rei certo determinandae inservire possunt. Hoc in statu versabantur stirpium denominationes eo tempore, quo res herbaria in scientiae formam nondum erat redacta.

Veteres enim, et inter hos graeci, qui rem herbariam primi excoluisse existimantur, ita in botanicis processerunt, ut vires plantarum potius, quam legitimam cognitionem, ex qua nomen solum peti debet, posteris edocerent. Unde non mirum, etiam provecta Medicina post HIPPOCRATIS aetatem, THEOPHRASTUM, qui philosophandi ratione inter botanicos longe praestitit, de constituendis plantarum nominibus, ex partium anatome, ne quidem cogitasse.

Ceteri in medicamentis indagandis, aut evulgandis curam maximam, in explicandis vero et describendis plantis parum operae posuerunt, et nomina earum non ex rei natura, id est, ex partium quarundam forma constanti et perpetua, sed quasi fortuito ex aliis rationibus, ad docendi discendique facultatem minus facientibus, imo plane ineptis, eruerunt.

Si hac via non incesissent veteres Medici, sed accuratius herbas, usu salutari sibi probatas, definivissent; si certas, nec mutabiles earum exhibuissent notas, optime profecto consulissent posteris, et scriptis suis exoptatissimam ac solidam ad nos detulissent frugem, qua nunc, dum nomina vaga notasque valde incertas accepimus, fere profus caremus.

Omni procul dubio grave malum censenda est nominum

num illa varia applicandi methodus, five, cum uni eidemque plantae multa diversa nomina imponantur, five, quod pejus est, cum unum idemque nomen diversis plantis tribuatur. (a) Magnopere hinc optandum fuit, ut ipsi Botanici inter se de nominibus plantarum convenirent, eademque ad certas regulas plantis, novissime inventis, aut aliis, male denominatis, imponerent.

Has regulas LINNAEUS demum proposuit, quas magno scientiae botanicae incremento ab hodiernis receptas videmus, quasque in sua *Critica Botanica* (b) cunctas enumeravit.

Omnes plantae Viro Egregio duobus insigniuntur nominibus, quibus ab omnibus, affinitate sibi junctis, facile distinguuntur. Ut in vita sociali quaeque familia suum gerit nomen, quo ab alia quavis discernatur, sic quoque, post TOURNEFORTIUM, LINNAEUS stirpibus quibusdam nomen commune imposuit, quo vel a proximis facile dignoscuntur, vocavitque nomen illud genericum. Quum vero quisque, ad familiam licet pertineat eandem, ab affinibus discernatur, oportet, et eo scopo proprium sibi nomen acquisiverit, pari modo vegetabilibus praeter nomen, quo genus indicatur, aliud fuit concessum, quo ab omnibus, in eadem familia five

eo-

(a) Vid. G. CHR. OEDERI, *Elementa Botanicae*, §. 140. pag. 134 et seq. Hafniae 1764.

(b) *Critica botanica*, in qua nomina plantarum generica, specifica et variantia examini subjiciuntur. Leidae anno 1737. 8°.

eodem genere junctis, dignosci possint. Specificum nomen illud dicunt, plantamque, quae eodem ab aliis, sibi proxime junctis, separatur, speciem nuncupant.

Contra ea haec nomina in plantis combinantur, ita quidem, ut, quod nobis priori loco ponitur, in vegetabilibus posteriorem occupet. Sic verbi gratia planta quaedam *Iris florentina* dicitur, non *florentina Iris*, ut ceterum deberet, si nomen familiae five generis postponeretur, ut in nobis fit. Non enim RUYSCHIUM vocant RUYSCHIUM FREDERICUM sed FREDERICUM RUYSCHIUM, nomine familiae postposito. Liceat nobis, ut res eo clarior evadat, exemplum ex animalibus petere. *Leo*, *Tigris*, *Leopardus* aliaque animalia pertinent ad eandem familiam, five ad idem genus, quod communi nomine *Felis* dicitur, five *felinum*. Si jam aliquod hujus familiae membrum binis nominibus, distinctionis gratia a reliquis, indicatur, non *Leo Felis*, aut *Tigris Felis* dicitur, sed *Felis Leo*, *Felis Tigris*, et ita in reliquis.

Bina haec nomina, genericum atque specificum, si invicem combinantur, illud constituunt, quod *triviale* appellant. Triviale igitur nomen illud est, quo naturae objecta vulgo innotescunt.

Haec jam de nominum ratione sufficiant; ad ipsam terminorum technicorum considerationem transeamus.

Omnes artes et disciplinae prava sibi habent quaedam vocabula, vix nisi ab earum cultoribus intelligenda. Quis, nisi Anatomicus verbi causa voces intelligit, quibus varii corporis muscoli, nervi, ossa denotantur?

Quis,

Quis, nisi Nosologus fit, nomina morborum Sauvagesiana aliave intelliget? idemque hoc in ceteris obtinet doctrinis.

Verum ipsa haec denominatio res est, nequaquam facilis, vel ex lubitu dependens, summaque opus est in his vocibus cautela, ne vagae sint, aut quidquam alieni sub illis intelligatur, ut de nominibus plantarum mox monuimus. Requiritur enim, ut vocabulum idem semper atque constanter designet, et ejus significatio diligenter et accurate determinetur. Eoque magis illud necesse est, ubicunque ea est disciplinae ratio, ut per suam naturam plurima requirat vocabula, ad varias res, circa quas versatur, denotandas. Haec autem cum Botanicae sit ratio, elucescit, quantum ad hanc exercendam valeat recta terminorum constitutio, et constitutorum cognitio perfecta.

Habet praeterea Botanicae hoc prae aliis disciplinis, quod sine artis terminis, non nisi longarum descriptionum ope pars aliqua plantae, ejusque ab aliis differentia designari possit; quod adhibitis terminis, rite determinatis, unico fit vocabulo. Ita verbi causa folium, quod Botanicis *repandum* dicitur, si aliis verbis describere quis vellet, *folium* esset, quod sinibus parum profundis distinguitur, ita ut discum non penetrent; sed in margine tantum excisi sint. Sinus autem hi, tum etiam anguli eorum parum prominentes, semper rotundi sunt, quod imprimis ad notionem distinctam folii repandi requiritur. Fingite *flores, fructus, nectaria* et reliquas plantae partes hoc modo descriptas, quot essent systematis, aliquot vegetabilium millia comprehendentis, volumina? Quis

est, qui prae taedio tam longarum descriptionum a studio hoc non deterreretur? Legat, qui de veritate hujus rei dubium movere sustinet, taediosas illas descriptiones, apud veteres Botanicos passim obvias, qui rite instructis terminis nondum gaudebant, et vehementer fallor, nisi artis terminos prae hisce eligat descriptionibus.

Imminuendo huic incommodo operam quidem dederunt quotquot posteriori tempore meliorem Botanicen colendi methodum secuti sunt, cum varii artis termini sensim in hoc studio invaluerunt. Obstabat tamen illud, quod unanimo consensu non satis essent sanciti, et ab aliis hoc, ab aliis alio sensu adhiberentur. Unde magna confusio exorta, et res admodum facta fuit necessaria, ut pro quovis fere auctore botanico recte intelligendo peculiare quoddam institueretur *Lexicon*.

Nostris vero temporibus et hos terminos fixos, et cunctorum Botanicorum consensu sancitos habemus, quod LINNAEO potissimum acceptum est ferendum. Horum autem terminorum ea est ratio, ut tyronibus eorum explicatio omnino sit necessaria, quum sine hac explicatione paucissimi intelligantur. Si quis enim evolvat latinae et graecae linguae peritus, *Systema vegetabilium*, vel *Genera et Species plantarum* LINNAEI, videbit utique, hos libros lingua quadam, latinae graecaeque simili, esse conscriptos; plerasque voces, per se spectatas, etiam latinas esse observabit, sed quid in contextu significant ignarus, de illorum sensu nihil plane vel conjectura assequi poterit.

Nemo verbi gratia ex harum linguarum cognitione

per-

percipere valet, quid sibi velint *stigma*, *pericarpium*, *stamen*, *nectarium*; qua ratione differant *folium villosum*, *tomentosum*, *sericeum*, *lanatum*, *barbatum*, *pilosum* cet; quid *bracteam* a *stipula* distinguat et innumera alia. Multoque magis explicatione terminos illos indigere, qui vix latini sunt, sed fere barbari, quales nonnulli occurrunt, sponte patet.

Horum igitur terminorum cognitio primum est, quod Botanophilo discendum incumbit. Sine hac etenim cognitione definitiones plantarum, quae horum terminorum ope fiunt, nullo modo concipere valet, adeoque nec plantam obviam in systemate reperire, aut cognoscere.

Ut jam apto nomine et bene instructis terminis planta ab omnibus aliis dignoscatur, maxime inferviunt *Methodi*, vel, quae dicuntur, *Systemata Botanica*.

Qualia haec dicantur, supra jam monui. Pauca vero sunt addenda, ut habeatur generalis eorundem notio.

Quippe non omnes eodem procesferunt modo systematum conditores in ordinandis regni vegetabilis incolis. Alii sequuntur *Methodum Naturalem*, alii *Artificialem* suam faciunt. Qui naturalem methodum sequuntur, incipiunt colligendo species in genera, de similitudine et affinitatibus earum unice solliciti. Pergunt pari ratione jungendo genera in ordines, ordines reducendo ad classes, vel, neglectis ordinibus, ad species, genera, et classes omnia vegetabilia referunt; unde universum denique vegetabile Regnum, ipsa natura duce, compositum cernitur. Hi ergo progrediuntur a sectionibus inferioribus

ad superiores, et systema suum ad naturae ductum conficiunt, non vero naturam ad formatas sibi ideas torquent, neque quae natura sua, id est affinitatibus maxime distant, in schemate suo proxime conjungunt.

Methodus illa certe omnibus reliquis praeferenda foret, si modo omnes Regni vegetabilis species, et intima ipsarum structurae convenientia, a qua omnis virium similitudo pendet, forent compertae. At dum utrumque hucusque desideratur, maximis methodi naturales vitiis laborant. Sume verbi gratia quodcumque placuerit genus, et videatur specierum, in illo collectarum, summa similitudo, adeo ut, quae species jure demi, quae addi possit, nulla in universo plantarum numero nunc quidem appareat, oportet tamen, si pronunciare cupias, genus illud intra eosdem limites immutabile omni tempore permanens, certus sis, nullam unquam, ne inter ignotas quidem, comparituram speciem, quae ad unam alteramque istarum congenerum affinitate propius accedat, quam, quae ipsis est mutua. Nam ubi tales comparent species, et quot quotidie non apparent et detegentur olim, postulat Botanici officium, ut meliora sequatur, migrabuntque nunc ex hoc, nunc ex alio prisco genere plantae quaedam, advenis fociandae, in nova genera, aliquando in novos ordines, aut parandus erit noviter detectis locus in generibus priscis horumque mutabuntur limites; quin videas interdum prisca genera, avulsis paulatim omnibus speciebus plane dissolvi et interire.

Proposita difficultati accedit, quod omnium generum in systemate naturali variabilis complexus, limitesque

non-

nondum constituti sint, quippe qui dependent a vario plantarum examine et quasi vario statu, quem sibi quisque Botanicus, Regnum vegetabile perlustraturus, eligit; a vario de similitudine et dissimilitudine iudicio, sive quis in hac potius parte ponat, sive in alia alius; porro ab uniuscujusque post perspectas difficultates placito, quales, quotve notae singulares ad effingendum characterem, sive classis cujusdam, ordinisve, vel generis conjungendae videantur, quales quotve sejunctae constituendis pluribus generibus sufficiant; ab ipso denique numero inventarum specierum, et multitudine agnitarum formarum structurae vegetabilis.

Quae ultima difficultas mihi quidem maxima videtur. Nam si prius cognitae haberemus omnes formas structurae vegetabilium, quas tamen sua complecti mente, ac satis accurate perspicere homini nondum fuit concessum, forent profecto fundamenta ejusmodi, quibus genera invariabilia superstruere possemus. Usque eo vero maxime caducum erit aedificium, quod talem supra lapidem struitur, usque eo nempe deficient notae sive characteres perpetui omnibus cujusdam classis stirpibus, nec in aliud quadrantes alius classis vegetabile. Nam quando in aliquam vere naturalem plantarum classem, quarum affinitatem primo statim obtutu aperte agnoscimus, attentius inquiritur, observare licet, singulas notas, etsi in plerisque speciebus obvias, plerumque tamen in una alterave specie deesse; deficere ideo plerasque a mutua plantarum affinitate, paucissimasque tantum constanter in omnibus classis speciebus, nulla excepta, reperiri; cumque dein

dein eadem clasfis comparetur cum aliis naturalibus cognatis clasfibus, apparet, istas imperfectas notas sociari in his clasfibus cum novis multis plantarum qualitatibus, de primo dicta clasfe separatis.

Huic methodo, quam naturalem dicunt, opponitur artificialis, in qua plantae in ordines dispescuntur, habitatione unius alteriusve notae arbitrariae, sed certae, constantis et facile observandae.

Cum requiratur, antequam progrediar, ut, quantum-pote, distincta detur notio et methodi naturalis, et methodi artificialis, liceat aliunde exemplum petere.

Idem hinc locum habet, quod in omni disciplina, imo ubivis, si aliquo ordine vel res, vel ideae disponantur. Verbi gratia tradenda fit aliqua disciplina; Chemiam sumamus. Hinc invenimus multa observata, a Chemicis facta, digerenda, ne omnia inter se confundantur. Jam vero alius observata disponit, affinitate vera et naturali sibi proxima, ut, verbi causa, quidquid ad *Aërem* pertineat, singulari capite exponat, dein alio capite, quidquid ad *Salia*, alio quidquid ad *Metalla*, ad *corpora inflammabilia*, et ita porro, comprehendat. Alii iterum Chemicis nulla servata affinitate naturali, intuitu peculiaris cujusdam notae arbitrariae, sed constantis eadem illa observata disponunt. Exempli loco hinc inserviant literae, quae dicuntur, alphabeticae. Hac in dispositione omnia illa observata, quae ad Chemiam pertinent, iisdem literis initialibus sub eodem capite locantur. Ita jam *Aër*, *Aqua*, *Argentum*, *Aurum*, reliqua sub eodem

capite comprehenduntur. Jam vero posteriores illi methodum sequuntur artificialem, priores naturalem.

Nisi, quatenus ad hanc methodum naturalem pertinet, locum haberent difficultates, modo memoratae, praestaret certe prior illa. Nunc autem posterior, imprimis in botanicis, erit praestantior, cum longe faciliore ratione tyrones ducat ad finem nostrae artis, qui versatur circa plantas agnoscendas. Agitur enim de planta incognita inveniendi in systemate.

Talis Botanicus, qui systema artificiale in usus vocat, comparandus est cum Chémico, qui de corpore, cujus agnitionem desiderat, cognitionem philosophicam non habet, sed unam tantum notam novit.

Ex notione itaque methodi artificialis intelligitur, tales posse dari multiplices, prout ex aliis partibus desumuntur notae, ad quas plantae disponuntur.

Ejusmodi methodum omnes sequuntur, qui, cum ad examen et perlustrationem totius Regni vegetabilis animum appellant, propositam habent ejus ideam quandam generalem, seu schema quoddam pro arbitrio et propriis placitis effectum, quod sibi exsequendum sumunt, et ad systematis normam pergendo plantarum speciebus singulis eos locos assignant, quos methodi leges praescribunt: seu methodum artificialem sequuntur, qui partem quamcunque alicujus plantae sibi pro systemate condendo examinandam sumunt, et ad hanc unicam partem omnes differentias genericas referunt.

Methodi illae artificiales, licet locum nullum relinquunt spei conservandi affinitates plantarum, sua tamen secum

ferunt commoda, ut carere illis Botanici non possint. Quaevis etenim talis methodus occasionem praebet contemplandi Regnum vegetabile ex nova quadam parte; investigandi, quantum quaevis pars structurae plantarum sigillatim valeat et quales notae in quavis a natura reconditae sint. Inter quas semper multae reperiuntur, quae alioqui in mentem non venissent, quae autem ad veras affinitates clasfisque naturales constituendas faciunt. (a)

Tali itaque methodo infervire possunt *radices*, *folia*, uno verbo, omnes vegetabilium partes. Sed non omnes aequae bene huic scopo sufficiunt. Tria nempe sunt requisita, ob quae pars aliqua ad systema condendum commendatur. Primum est, ut in tali parte detur copiosa differentia, deinde ut in quaque specie sit constans, tandem, ut facile agnoscatur.

Hinc radices nil valent, ob defectum tertii requisiti; nec folia, cum forma conveniat in speciebus diversissimis, nec caules, cum differentia non sat magna sit, et ita porro. Sic etiam, quod GUETTARDUS proposuit ex glandulis pilisque condendum systema non valeret. Nam et plures herbae iis prorsus destituuntur, et ipsae illae partes, si adsint, aegrius, aut non nisi armatis oculis observari queunt.

Omnibus bene perpensis, in nulla parte illa requisita modo praestantiori habentur, quam in *flore* atque *fructu*. Hinc etiam, inde a TOURNEFORTIO, praestantissima systemata artificialia ex flore et fructu sunt condita.

No-

(a) Confer OEDERI Elementa Botanicae. §. 127. pag. 115.

Nolo haec systemata recensere, cum in generalibus sit subsistendum et recta via pergendum ad ea, quae ad examen plantarum ducunt.

Verbo itaque dicendum est de systemate illo, quod omnes fere Botanici sequuntur, quodque LINNAEO debetur, dictum *Systema Sexuale*.

LINNAEUS in promovenda re botanica longe alium ordinem introducens, novum prorsus systema non modo excogitavit, sed omni numero absolvit, *sexuale* scilicet, ab organis masculis et femineis plantarum desumptum.

Dividit systema illud in viginti quatuor Classes, cuique Classi Ordines suos subjunxit, Ordinibus subdidit Genera, Generibus Species. Classem composuit abstrahendo unam partem fructificationis, numerosis plantis communem; ordinem alteram abstrahendo, in paucioribus observandam; genus sumendo omnes fructificationis partes, earumque modificationes, quae inveniuntur in speciebus. Hae sua vice differunt aut caule, aut foliis, aut dispositione florum. Species agnoscit, quando plantae, praecipua fructificationis attributa communia offerentes, figuram variam foliorum, dispositiones florum, caulem variam, cetera exhibent. Classis itaque nomine intelligit congeriem ordinum, quibus nota quaedam communis adeo propria est, ut ab omnibus aliis plantarum ordinibus prorsus differant; ordinem vocat, generum quandam congeriem, quibus peculiari nota a reliquis generibus ita distinguuntur, ut minime cum hisce confundi queant;

generis nomine ipsi venit plantarum congeries, quibus nota propria seu character idem apprime convenit; species denique ejusdem generis dicendae sunt, quae praeter characterem, generi proprium, alia singulari nota distinguuntur a ceteris ejusdem generis plantis.

Plantae verbi gratia omnes, quibus *Genistae* nomen est, non tantum a ceteris generibus distinguuntur nota propria, omnibus *Genistae* plantis communi; sed a se invicem singulari quadam, speciebus singulis hujus generis ita propria, ut non alii ejusdem generis conveniat.

Exemplo sint Genista sagittalis, et canariensis. Genista seu *Genistae* genus ab affinibus distinguitur eo, quod calyce bilabiato fit instructum, labio superiori bidentato, profundius diviso; labio inferiori tridentato, subaequali. Dein quod vexillum oblongum habeat, a staminibus atque pistillo deorsum reflexum. Hanc notam omnes *Genistae* species communem habent. Haec vero non sufficiebat, ut inter se discernerentur ejusdem generis species. Quaevis sibi privum postulabat characterem, qui in exhibitis plantis per ramos et folia conficitur. *Genista sagittalis* enim in eo differt a *canariensi*, quod rami sint ancipites membranacei, articulati; folia ovato-lanceolata, dum *canariensis* folia utrinque sint pubescentia, et rami angulati.

Ut de generibus constet, bene eorundem definiti sint characteres, oportet. Horum triplicem LINNAEUS posuit differentiam.

Sunt vel *naturales*, vel *factitii*, vel *essentiales*. Es-
sen-

essentiales characteres sunt ejusmodi, qui notam generi, cui applicantur, singularem subministrant et unica idea genus a congeneribus sub eodem ordine naturali distinguunt, (a) adeoque nota singulari genera maxime affinia separant. Ejusmodi characteres verbi gratia sunt denticuli staminum in *Brunella*, *Crambe*; pori nectariferi in unguibus petalorum *Ranunculi*, nectaria tubulosa *Hellebori*; in *Salvia* filamenta transverse pedicello affixa, cet.

Si omnium generum characteres essentialis detecti essent, facillima evaderet plantarum agnitio. Characteres ergo ejusmodi generibus distinguendis optimi sunt, sed vix ubique possibiles, cum non omnes plantae talem praese ferant structuram convenientem, ut omnibus ejusdem generis speciebus nota talis applicari possit.

Hinc ad alios confugerunt Botanici; *factitios* fecerunt characteres, ex leviori aut inconstantiore quadam nota desumptos, quibus genus ab aliis generibus, ejusdem tantum ordinis artificialis, distinguunt. (b) Exemplum ejusmodi habemus in *Malva* et *Althaea*, quarum floris partes, nominatim calycis exterioris, solo numero differant. Notam illam cum plurimis plantis habent communem, cum nullo vero genere sub eodem ordine artificiali comprehenso.

Saepe etiam characteres ejusmodi adhibentur, ut genus

(a) Vid. CAROLI LINNAEI *Philosophia Botanica*, § 187. Pag. 128. Edit. secundae, Viennae 1783. 8°.

(b) Vid. loc. cit. § 188, Pag. 129.

quoddam naturale propter frequentiore[m] specierum numerum in plura genera artificia dividi queat.

Maximo denique labore LINNAEUS omnes pro quoque genere floris partes descripsit a calyce ad maturitatem fructus; unde naturalia denominata fuerunt genera, et qui his definiendis inferviebant, characteres, naturales fuerunt dicti. (a) Hi ergo omnes notas genericas possibiles definiunt, adeoque essentialem et factitium includunt, omnibusque inferviunt methodis, quae aut excogitatae fuerunt, aut olim proponuntur.

Verbi gratia in LILIO, adeoque in omnibus LILII speciebus, *Calyx* nullus est.

Corolla hexapetala, campanulata, inferne angustata. Petala sunt erecta, incumbentia, dorso obtuse carinata, sensim patentiora, latiora: apicibus obtusis, crassis, reflexis.

Nectarium: linea longitudinalis, tubulosa, petalis singulis a basi ad medium infulpta.

Staminum filamenta sex, subulata, erecta, corolla breviora. *Antherae* oblongae, incumbentes.

Pistilli germen oblongum, cylindraceum, sex fulcis striatum. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollae.

Stigma crassiusculum, triangulare.

Pericarpium est capsula oblonga, sexfulcata, apice cavo, trigono, obtuso; trilocularis, trivalvis, valvulis pilo cancellatim intertexto connexis.

Se-

(a) Vid. CAROLUM LINNAEUM l. c. § 189. Pag. 129 et 130.

Semina numerosa, gemino ordine incumbentia, plana, extrorsum femi-orbiculata.

OBS. Nectarium *in aliis barbatum, in aliis inberbe.*

Petala *in aliis totaliter revoluta, in aliis non item.* (a)

Sine hac notitia characteristica naturali, nullus solidam Botanicæ cognitionem acquirat. Novis enim detectis generibus, destituito characterē naturali, Botanicus semper vacillabit. Qui igitur credit, se sapere in botanicis essentiali characterē, neglecto naturali, is fallit alios et fallitur ipse, cum essentialis, novis detectis generibus, nequeat non saepius fallax evadere. Character naturalis itaque generum plantarum fundamentum est, quo destitutus nullus de genere rite judicabit; adeoque absolutum fundamentum cognitionis plantarum est, et erit.

Hisce jam fundamentis systema suum artificiale superstruxit LINNAEUS, quod eo respectu reliquis imprimis palmam praeripit, quod compendium haberi possit omnium, quae ante LINNAEUM excogitata fuerunt, systematum, quoniam generum characteres defumti sint ex forma calycis, petalorum, pistillorum, staminum, nectariorum, pericarpiorum et seminum. Praecipua autem systematis basis, ut antea vidimus, consistit in *staminibus* et *pistillis*, unde plantarum nuptiae vel generationis actus dependent.

His

(a) Vid. CAROLI a LINNÉ genera plantarum, curante D. JO. CHRISTIANO DAN. SCHREBER. Pag. 218 et 219. gen. 558. Francofurti ad Moenum 1789.

His nuptiis plantarum systematis *Clavem* superstruxit, (a) et quidem primo distinxit Clarissimus Auctor inter plantas, quarum organa genitalia omnibus sunt manifesta, et inter plantas, quarum aut sunt incognita, aut vix perceptibilia. Primarum nuptias publicas vocavit, subsequens clandestinas. Clandestinis nuptiis plantae cryptogamicae solummodo propagantur, dum omnes reliquae, quae prima clavis linea intercipiuntur, publice actus suos exercent, vel potius organa genitalia plantarum cryptogamicarum tam exigua sunt, aut quacunque ratione nobis latentia, ut vel oculis nudis non conspiciantur, vel alio quocunque modo hominum conspectum effugiant, dum ceterarum ad primum intuitum cuique sunt manifesta.

Prima plantarum, publicis nuptiis propagantium, subdivisio LINNAEO fit per *Monocliniam*, et *Dicliniam*. Voces illae originis graecae sunt, ideoque laudandae, quod uno vocabulo accurate exprimant, quod latino sermone non, nisi verborum ambage explicare posimus. Vivocis ad *Monocliniam* omnes pertinebunt flores hermaphroditi, id est, omnes, qui utriusque sexus organa, sive stamina et pistilla in uno eodemque thalamo continent: ad *Dicliniam* autem pertinebunt omnes, quorum mariti et uxores distinctis thalamis gaudent. Quo intelliguntur omnes plantae, quae ad *Monoeciam*, *Dioeciam* aut *Polygamiam* referuntur.

Quum vero Auctor observaret, florum, qui herma-
phro-

(a) Vid. Tabulam primam.

phroditi dicuntur, organa genitalia aut inter se distare et nullo modo esse connata, aut sibi admodum esse propinqua et invicem concreta, *diffines* priores, posteriores *affines* vocavit.

Affinitatem agnovit in decima sexta, decima septima, decima octava, decima nona et vigesima classe sui systematis; in reliquis omnibus, quae ante has in systemate collocantur, *diffinitatem* locum habere affirmavit.

Tandem detexerat per plurima tentamina, magnitudinem staminum in quibusdam plantis relativam ad socios suos, et, quoad ceteras, eandem esse in omnibus. Hinc respiciens ad illos homines, qui, in statu naturae vitam degentes, Magnates non agnoscunt, aut caput jugo submittere non coguntur, *indifferentismo* comprehendit omnes tredecim classes priores, dum *subordinatas* vocavit omnes plantas, quarum mariti certi quidam reliquis praeferuntur, seu quarum stamina duo semper reliquis breviora sunt.

Quae in clavi continentur classes, quaeque suis distinguuntur characteribus, qui ex folis staminum et pistillorum, id est, organorum genitalium masculinorum et femineorum numero, situ relativo, nexu, magnitudine aliisque petuntur differentiis, dum classium ipsarum sectiones vario determinantur modo, qui in ipsa systematis explicatione elucescet.

In undecim prioribus classibus omnis differentia consistit in numero staminum. (a) Circa quae animadverti

(a) Confer tabulam secundam.

meretur, eadem ex receptaculo communi, corolla, aut calyce ortum ducere, 2^o. flores, in quibus reconduntur, faciles esse conspectu, 3^o. hermaphroditos esse, 4^o. stamina a se invicem esse separata.

Si haec omnia in flore, cujus examen Botanicus instituit, reperiantur et stamina non ultra novendecim appareant, certus esse potest, plantam ad aliquam ex dictis clasibus pertinere. Sin autem planta ultra novendecim stamina contineat, et stamina ipsa originem trahant ex interno calycis latere, in ceteris prioribus convenientia, ad duodecimam classem referatur, oportet, ad *Icosandriam*: vel si, ceteris paribus, flores pluribus, quam novendecim staminibus, instruantur, quae originem ducunt ex receptaculo communi, non ex calycis interno pariete, ad *Polyandriam* referendos esse concludimus.

Omnes hae classes pro numero pistillorum dein in varias sectiones dividuntur, quae examinanti nullas difficultates pariunt.

Sumamus verbi gratia plantam, cujus classis et ordo nobis sunt incogniti, quam autem aliunde novimus, ad quandam ex tredecim clasibus prioribus pertinere; computemus numerum staminum et pistillorum, videamusque, si numerus ultra novendecim reperiatur, utrum ex calycis latere interno, an vero ex receptaculo communi orientur stamina. Quod si fecerimus, facillime plantam quamque ad suam classem et ordinem reducemus.

Decima quarta classis illas comprehendit stirpes, quarum

rum stamina quatuor sunt numero, quarum autem alterum par alteri est subordinatum, sive minus reliquo. Pulcherrima profecto haec classis est, nam non solum ex florum habitu externo plerumque iudicium ferre valeamus de eo, quod intus latet, sed fere omnia genera distinctas adeo notas in fronte gerunt, ut quisque naturae constantiam admiretur, quae per tot generationes minutissimas illas particulas conservaverit, in omnibus adeo perpetuas, ut ex primo plantae intuitu Botanicus de genere constituat. Ejusmodi verbi gratia sunt antherae punctis osseis adspersae in *Leonuro*; antherarum paria cruciata in *Glechomate*; corollae labium inferius, utrinque dente fetaceo instructum, in *Lamio*; calycis fauces villis clausae in *Thymo*, cet.

Dividitur haec classis in ordines duos, quorum alter *Gymnospermia* dicitur, alter *Angiospermia*. Ad *Gymnospermiam* omnes referuntur plantae, quae quatuor, nec pluribus, gaudent feminibus, quae nullo operculo tecta aut pericarpio inclusa, sed nuda in ipso calyce reperiuntur. Huc verbi causa pertinent *Thymus*, *Lanium*, *Lavandula*, cet.

Altero ordine, quae *Angiospermia* dicitur, illae plantae comprehenduntur, quarum femina peculiari tegmine gaudent, nec ad floris inspectionem nuda apparent. Exempli loco fit *Digitalis purpurea*.

Decima quinta classis *Tetradynamia* dicitur. In hac classe sex plerumque sunt stamina, quorum quatuor imperium ex vocis significatione in reliqua exercent, id est,

iis longiora sunt. Unde Belgis dicuntur *viermagtige*, quae hac comprehenduntur plantae.

Subdivitur haec clasfis in duos ordines, in *Siliculosam* et *Siliquosam*.

Siliqua autem Botanicis dicitur pericarpium elongatum, bivalve, futuris duabus, feminibus affixis alternatim in utraque futura.

Siliculae nomine intelligitur ejusmodi pericarpium contractatum, quod simul amplum vel subrotundum est.

In multis, primo fructificationis tempore, pericarpiorum forma adeo est ambigua, ut ex sola conjectura, nisi aliunde innotescat, ordo constituendus videretur. Attamen pistilli structura in *siliquosis* et *siliculosis* ita prorsus differt, ut, etiam in florentibus neque fructiferis utriusque ordinis herbis, vix unquam dubium exfurgere possit.

Quae jam sequuntur tres clasfes, stamina continent inter se basi concreta et coalita, aut in unam massam, aut in duas partes, vel denique in plures.

Decimam sextam classem *Monadelpiā* dixit LINNAEUS, ad fratres respiciens, qui ex eadem provenientes genitrice, unicam originem agnoscunt et proximis vinculis junguntur.

Continentur hac clasfe flores, quorum stamina in unum corpus a basi ad determinatam altitudinem sunt coalita, et ad summitates plerumque tantum discreta visuntur.

Nulla hinc habetur pistillorum ratio ad ordines constituendos, qui jam ex solo staminum numero definiuntur.

Ordines, quos in hac clasfe plantarum copia huc usque formare jusfit, sunt plures. Exempli loco inserviant *Tri-*

andria, *Heptandria*, *Octandria*, *Enneandria*, *Decandria*, *Polyandria*. Postremus hic ordo omnes plantas sibi as sociat, quarum numerus, quoad stamina, decimalem superat.

Decima septima classis *Diadelphia*, dicitur. Haec a priori in tantum differt, quod stamina non in unum corpus sint concreta, sed, in duo divisa, pistillum amplectantur. Singulare autem in hisce est, quod unum plerumque stamen divisionis causam constituat, dum reliqua omnia inter se coalita conspiciantur.

Flores in hac classe plerique, ad angulum acutum a perpendiculo nutantes, stamina et pistilla intra corollae carinam abscondita gerunt et tecta, atque vexillo, pluvias arcente, insuper muniantur, ut maturetur foecundatio.

Eodem modo, ac prior potest subdividi,

Polyadelphiae classis omnes dicuntur flores, quorum stamina ex triplici, quadruplici, multiplici denique columna proveniunt. Connata quidem sunt, at in plura discreta corpora, et maxime dissimilia fratribus illis germanis, qui in *Monadelphia* intimum illud conservant connubium et unicum tantum corpus constituunt.

Ut in praegressa, ita etiam in hac classe, plures reperiuntur ordines, quorum ille, qui *Icosandria* dicitur, huic est proprius. Plura, quam novendecim in eo conspiciuntur, stamina, originem ducentia ex ipso calyce; dum in *Polyandria* in receptaculo communi basin reperiunt.

Difficilem saepe pronunciarunt LINNAEI methodum, et sane inter faciliores nomen non meretur, praesertim si respiciamus ad *Syngenesiae* ordines, propter teneritudinem staminum et pistillorum. At vero una planta bene cognita, seu potius unius plantae florens habitus reliquas omnes indicat.

Omnes quippe hujus clasfis plantae quinque stamina, antheris coalita, offerunt, ita ut nulla flosculorum congeries adfit, quin in aliqua ipsorum parte dictus antherarum coalitus reperiatur. Etenim ut in tribus clasfibus praegressis stamina ad basin coaluerunt, sic in hac nostra staminum filamenta libera procedunt; ad summitates autem concresecunt et unicum constituunt caput ex antherarum confluxu, quod foedus constituere a LINNAEO dicitur.

In plerisque plantis, ut vidimus, stamina clasfibus constituendis inserviunt, atque feminae ad ordines construendos adhibentur. In classe *Syngenesiae* autem a ceteris differunt ordines. Huc praepremis facit florum peculiaris forma. Quippe componuntur ex multis minoribus flosculis, quorum illi, qui in margine ponuntur, *radius* sic dictum constituunt, mediorum congeries *discus* audit, aliquandoque forma et sexu differunt.

Aliquot huic clasfi subjiciuntur ordines, qui omnes tot differentias in organorum genitalium positione relativa indicant.

Primus ordo est *Polygamia aequalis*. Omnes flosculi, tum qui discum, cum qui radius occupant, in hoc ordine hermaphroditi sunt. Omnibus itaque utriusque sexus

organis instructis, alterius suppetiis nullus flosculus habet opus, sed etiam si solus maneret, a reliquis separatus, speciem suam propagare posset.

Aliud quid locum habet in ordinibus, qui ad *Polygamiam spuriam* referuntur. In hisce ordinibus ab alterutra parte quidam organorum genitalium defectus locum habere videtur. Etenim vel adfunt mariti, absque uxoribus, vel organa feminina, maritis destituta, conspiciuntur.

Primus ordo, in quo ejusmodi defectus observatur, dicitur *Polygamia superflua*. In hoc ordine flosculi hermaphroditi discum occupant; marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti. Hi radium occupantes, quum per se femina foecunda non ferant, mares, discum inhabitantes, sollicitare debent, ut aura genitali sua foecudent feminum primordia, alias sterilia mansura. Hoc nempe in casu feminae, radium formantes, femina foecunda ferunt ex virtute genitali maritorum, discum occupantium, quorum uxores similiter femina foecunda producant.

Si autem concubinae feminae, quae radium occupant, ob defectum organi genitalis auram foecundantem recipere nequeant, dum feminae, discum occupantes, fertiles sint et foecunda progignant femina, *Polygamia frustranea* dicitur. In hac dispositione flores disci hermaphroditi sunt, quorum organum genitale femineum *stigmatate* instruitur et femina foecunda profert: flosculi vero, radium constituentes, quum stigmatate careant, femina proferre nequeunt.

Necessaria denique dicitur *Polygamia*, cum uxores,

di-

discum floris constituentes, ob stigmatis defectum, vel aliud quodcunque organorum genitalium vitium speciem propagare nequeant, flosculis, radium inhabitantibus, interim foecundis. Hae itaque matris vices facile adimplent, quin imo speciei conservandae necessariae sunt, unde denominationis ratio. (a)

Alius dein occurrit Classis decimae nonae ordo, cui *Polygamiae segregatae* nomen est.

In dictis *Syngenesiae* ordinibus omnes flosculi ex receptaculo communi originem ducunt, omnesque sessiles sunt, hoc est, nullo pedunculo peculiari instruantur. Si jam intelligamus flosculos illos pedunculatos fieri, suis instructos calycibus, cujuscunque sexus sint et conjugii, non refert, ad *Polygamiam segregatam* illos pertinere, certi sumus. Hoc in casu enim calyces florigeri comprehenduntur a communi calyce, et unicum florem conficiunt.

In dictis *Syngenesiae* ordinibus foecundatio mire conficitur. Virgines quippe, quae, antequam pollen masculinum debitum maturitatis gradum acquisiverit, exiles in inferiori flosculorum tubo haerent, jam subito stigmate aperto excrescunt, per annulum, ex antheris formatum, viam sibi faciunt, masculam secum rapiunt virtutem, et ad novae stirpis primordium per canales tenerrimos deducunt.

Ultima classis *Syngenesiae* divisio est in *Monogamiam*.

Alium longe in hoc ordine flores prae se ferunt habitum,

(a) Exemplum invenies in *Calendula officinali*, inter plantas, quae depravationi medicamentorum turpiter adhibentur, relata.

tum, ac in polygamicis; non in *discoideos*, aut *radia-*
tos distinguuntur, sed simplices, unica instructi sunt uxore,
quam modo non absimili, ac polygamiam exercentes,
antheris amplecti dicuntur.

Exemplum praebeat *Viola tricolor*. Singularis in genere
violarum est stigmatis pistilli flexura, sub qua foramen latet.
In hujus generis flosculis, praesertim in tricoloribus jucundo
spectaculo licet videre, flore nuper explicato, virgineam
vulvam seu stigma hiare, globi instar concavi et aperti ad
latus, album et nitidum, antequam spermate masculino
imbutum sit. Simulac autem genituram suam projecerunt
quinque ejus affines mariti, totam vulvam virtute geni-
trice repletam coloreque fusco despurcatam observabis,
tuba interim clara existente et pellucida. Ante hanc foe-
cundationem si comprimas vulvam, exstillabit liquor qui-
dam lacunarum melleus, qui materiem istam genitalem
retinet et attrahit.

Quas hucusque explicavimus clasfes, omnes stamina
habent aut receptaculo communi, aut calycis lateri inter-
no inserta. Quae jam sequitur, organa masculina ipsi
pistillo, seu stilo annexa habet, ipsi feminae affixa. *Gy-*
mandria vocatur, quum feminae et mariti eandem origi-
nem agnoscant, scilicet, distincte si loquamur, dicere
non possumus, stamina e pistillis provenire, cum binae
hae partes simul generentur, et eo ipso, quo pistillum
apparet, tempore stamina conspiciantur, lateri ejus-
dem adhaerentia; quod optime per vocem *Gynandriam*
exprimitur.

Ordines constituuntur ex numero staminum. Habemus sic *Gynandriam* *Triandriam*, aliumve ordinem, ex ipsis desumendum organis masculinis.

Ut in animalibus pleraeque species sexus sunt diverfi, sic quoque in quibusdam plantarum speciebus eandem sexus disjuncti differentiam deprehendimus, quae si observetur, flores ad quandam ex binis clasibus subsequen-
tibus referendos esse, voluit LINNAEUS.

Quos huc usque lustrabamus plantarum flores, hermaphroditi dicuntur, ob sexus, ut ita dicam, conjunctionem; non autem idem connubium observatur in plantis *monoecis* aut *dioecis*, quae utrumque sexum a se invicem diversum constituunt.

Sed ut melius intelligatur, quid de re sit, ipsarum clas-
sum dabo explicationem.

Plantae vigesima prima clas-
sis, *Monoecia* dictae, utrius-
que sexus organa separata gerunt. In eadem quidem planta
flores masculini et feminei conspiciuntur, at diversis pe-
dunculis insidentes. *Monoecae* dicuntur ejusmodi plantae
a graeca voce *μῦνος* unicus et *οἶκος* domus; mares quippe
cum feminis in eadem domo habitant, non autem in
eodem thalamo.

Artificiose in hac classe ordinati sunt amores; flores
etenim masculi altiore loco occupant locum, vel
copia adeo exuberante adsunt, ut polline foecundante,
fumi instar, aërem ambientem replere valeant. Hinc va-
porarii fenestras nimis studiose clausas qui servant Hortulani,
dum

dum flores suos profert *Cucumis Melo* aliave planta *monoeca*, intempestiva hac sua fedulitate foecundationem, ope admisfi venti adjuvandam, prohibentes, sterilem et abortum facientem non minus reddunt plantam, quam qui praepostera cura flores sic dictos steriles, masculinos innuunt, follicite decerpunt ex inani nimiae nutrimenti consumptionis metu.

Vigesima secunda clasfis a priori solummodo differt, quod plantae flores utriusque sexus non in eadem stirpe gerant, sed in diversis. *Dioecae* dicuntur, quoniam mares a feminis non tantum separati sint, sed diversa loca inhabitent, aliquando maxime dissitae, plerumque tamen absque eo, ut feminarum sterilitas inde metuenda sit. Narrant sic, *Palmas*, ad maximam a se invicem distantiam, folius venti ope, sperma masculinum vehentis, foecundari; dum in caldariis, saepe proxime sibi appositis, nulli fructus producuntur, quippe in quibus foecundans aura, secum pollen ferens, non admittitur. In *dioecis* enim omnia ita disposita atque ordinata sunt, ut in plurimis, antequam folia emittuntur, peragatur inflorescentia, ne foliis intervenientibus perara et difficilis reddatur foecundatio; praeterea abundans in his pollinis adest copia, mirabili prorsus mechanismo elastico, vel vento auxiliante ad vicinos non tantum, sed ad remotiores etiam flores deducta.

Utrique clasfi sui sunt ordines, qui ex staminum numero, situ, magnitudine et nexu desumuntur. Quod ad ante dictas clasfium divisiones, in iisdem staminum differentiis characteres quaerebantur, ex quibus in ambabus

his-

hiscæ ordines fuere conditi. Cum itaque tum jam de his egimus, ipsis nunc quidem supersedeo. Si enim modo ordines vocentur, quæ alibi clasfes fuere dictæ, omnia facillime explicantur.

In vigesima tertia clasfe in eadem planta flores reperiuntur hermaphroditi, dum in aliis ejusdem plantæ pedunculis, aut aliis ejusdem speciei plantis flores masculini, aut feminei sunt positi, aut omnes hi flores in eadem stirpe simul reperiuntur. Sed quocunque modo hæc flosculorum conjunctio, ut ita dicam, se habeat, hermaphroditi nunquam desiderantur, sed aut perfecti, id est, organis utriusque sexus ornati, aut imperfecti, vel organis genitalibus, quorum aut masculæ, aut femineæ partes vel anthera, vel stigma destituantur, instructi.

Si pars genitalis mascula defectu quocunque laborat, flores dicuntur *hermaphroditi feminei*. Si contra ea femineæ stigma destituantur, flores vocantur *hermaphroditi masculini*. In *hermaphroditis femineis* aura foecundans desideratur, hinc per se ipsos femina matura producere nequeunt. In *hermaphroditis masculinis floribus* aura genitalis abundat, at vero organum deficit, huic excipiendæ adaptatum. In altero casu igitur mares, in altero femellæ desiderantur. Hinc tres oriuntur ordines, qui itidem vario modo determinantur, ut in ipsa explicatione mox elucescet.

Primus ordo dicitur *Monoecia*. In hoc ordine reperiuntur in eadem planta

1º. Flores hermaphroditi masculini, et flores herma-
phro-

phroditi feminini. Quod si contingat, dicitur quibusdam plantam pertinere ad *Polygamiam Monoeciam per hermaphroditos*.

Exemplum nobis offert *Musa*. Haec nempe duplices fert flores, inter se diversos, in eadem planta, quorum alii foecundi a parte feminina, alii a masculina sunt: sed hi a parte feminina, illi vero a parte masculina steriles. In hoc itaque genere duo diversa conjugia inter se coire debent, et altera uxor, maribus inanibus nupta, amplectitur alterius feminae maritos, quum mariti isti sua vice cum uxore sterili juncti sint.

2°. Adfunt in eadem planta et flores hermaphroditi, et flores masculini; *Monoecia per mares* dici posset. Exempli loco sit *Veratrum album*.

3°. *Per feminas* appellatur, quando flores feminei et hermaphroditi in eadem stirpe deteguntur. Exemplum invenimus in *Parietaria officinali*.

Ordo secundus *Dioecia* vocatur. Hic in eo differt ab ordine primo, quod in *Dioecia* flores a se invicem non tantum separentur, sed in diversis plantis habitent.

Trioecia dicitur, cum flores hermaphroditi in alia, in alia masculini, in alia denique planta feminei conspiciantur, vel feminei in alia, in alia masculini, iterumque in alia stirpe flores masculini et feminei, simul juncti. Exempli loco sint *Ceratonia* et *Ficus*.

Signa, quibus Botanici utuntur, ut flores hermaphroditos, masculinos et femininos indicent, sunt sequentia: pro flore hermaphrodito, sitne femineus, aut masculinus ♀: pro flore masculino ♂: pro flore femineo ♀.

De quadam vegetabilium compositione methodica folliciti veteres, pleraque flore fructuque instructa vegetabilia conspicientes, alia iisdem plane destitui sibi persuadebant. Illorum enim teneritudo et forma, a reliquis magis minusve recedentes, aut flores conspectu reddunt difficiliore, aut a reliquis maxime discedere faciunt.

Huic differentiae, ut videbatur, non verae quoddam distinctionis momentum inesse autumabant, et illorum respectu has *imperfectas* dixerunt plantas, quasi vero quidquam in tota rerum natura imperfectum occurreret. Flosculis insuper has plantas non destitui, cum analogia, tum observatio docet. At vero etiam si nullis gauderent haec vegetabilia fructibus, ob hanc solam rationem imperfecta habenda non forent. Fines, quibus definiuntur, sunt considerandi. Quidquid autem fini respondet, quidquid destinationi satisfacit, sensu latissimo perfectum mihi dicitur.

Familiae, quae huic classi vigesimae quartae junguntur, sunt *Filices, Musci, Algae et Fungi*.

Filices varia acceperunt nomina. MORISONIO plantae *capillares* dicuntur, forte ex eo, quod quaedam, si deficcantur, tomentum quoddam offerant, aut a *Veneris capillo*, cujus plantae in Medicina olim fuerunt in usu. RAIJO *epiphyllispermae; dorsiferae, tergiferae* CAESALPINO audiunt. Quibus denominationibus indicare voluerunt illas plantarum species, quarum fructificationes in averfa frondium facie, proveniunt. Minus tamen recte toti Filicum familiae ejusmodi character adscriberetur, quum inter illas quoque dentur, quae spicatam fructificationem
pro-

proferunt, quas Clarissimus HEDWIGIUS *Filices fructificatione clavata* vocavit.

Omnes autem, quotquot innotuerunt, Filices in eo conveniunt, quod earum substantia sit sicca admodum prae reliquis plantis; unde non aliae plantae frequentius lapidibus innascantur; et quod omnes cauliculis, e terra erumpentibus, in cincinnos inflexis, constant, quos sensim sensimque explicant.

Filices porro non radice, sed caule pleraeque carent, cujus locum supplet folii petiolus, seu frondis stipes, recta a radice prognatus, ipsiusque folii inferior pagina in dorsiferis efflorescit granulis, in acervulos congestis, quae nudus oculus, etsi aegre, discernit; armato autem apparent forma sphaecularum, cortice tenerrimo tectarum, et pulvere minutissimo repletarum, annulo moniliformi maximam globuli circumferentiam cingente.

In nonnullis speciebus Filicum non omnia folia efflorescunt, sed tantum superiora, quae attenuata ac fructificationibus obsita, racemos aemulantur.

Musci. Multum disputarunt Botanici, ut Muscorum bonam concinnarent definitionem, id est, illam, quae omnibus et singulis speciebus, atque omni tempore posset applicari. Omnes recensere controversias atque lites, quae exin fuerunt ortae, non fuit instituti ratio. Illam autem subungere necesse duco definitionem, quae veritati proxima mihi equidem censenda videtur.

Sunt itaque Musci plantae exiguae, foliis a caule distinctis, radicibusque instructae, facile et post annos reviviscentes. Semina continentur capsula operculata et calyptrata.

Algarum proprius character in eo est juxta LINNAEUM, quod radicem, folia et caudicem in unum habeant. Difficile nimirum est, hasce partes tanquam distinctas in Algis discernere; quo fit, ut habitum offerant, a plantis reliquis plane diversum.

Fungi denique vegetabilia sunt aut mollia, aut coriacea; carnosa cute involvuntur; fibrillis gaudent radicalibus nonnullis; multi duabus componuntur partibus, stipite et pileo; alii pileo sunt orbatii. Omnes autem in eo conveniunt, quod foliis careant.

Ita jam unusquisque, quantumvis amplum sit et immensam complectatur multitudinem plantarum systema vegetabilium, qui modo principia hujus doctrinae vel primis labris degustaverit, ex ipsius plantae intuitu classem, ex classe vero ordinem facillime determinabit, vel et ex plantae intuitu nomen, ex nomine autem ejus historiam, locum natalem, vires et quidquid de ea compertum habetur, perspiciet. Ex ipso flore mox cernit, ad quam classem, ad quem ordinem, ad quodnam denique genus stirps pertineat, quam examinandam fuisse. Sub generis nomine, a LINNAEO accurate descriptas, notisque suis definitas, characteribus determinatas lustrat species, et ita nomen plantae suae ultro invenit, una cum synonymis, locique natalis et durationis, ab eodem Viro Immortali proposita, significatione. In ipsis synonymis citatos reperit quosvis auctores, qui de planta, cujus examen instituitur, mentionem faciunt. Illos pervolvendo optima quaeque deteguntur, societati saepe uti-

lisfima; quae animo relaxando potius, quam memoriae aggravandae inferviunt; nullamque intentionem molestam requirunt; et, quod multis mirum videatur, planta quaecunque exotica, malabarica fuerit, cochinchinensis, vel alia quaevis, non majori detegitur difficultate, quam quae in nostris proveniunt regionibus.

Deus creavit. LINNAEUS disposuit.

CATALOGUS PLANTARUM MEDICINALIUM.

CLASSIS I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

I. AMOMUM.

Calyx trifidus, inaequalis, cylindricus. Corolla tripartita, inaequalis, patens. Nectarium bilabiatum, erectiusculum.

I. AMOMUM ZINGIBER.

Scapo nudo, spica ovata, squamis ovatis; foliis lanceolatis, ad apicem margine ciliatis.

Planta perennis Indiae orientalis.

Nomen officinale. ZINGIBER.

Pars usualis. *Radix.*

2. AMOMUM CARDAMOMUM.

Spica radicali fesfili, obovata; foliis obovato-ellipticis, cuspidatis.

Planta perennis Ceylonae et Malabariae.

Nom. officin. CARDAMOMUM MINUS.

Pars usualis. *Semen.*

3. AMOMUM GRANUM PARADISI.

Scapo ramoso, laxo; foliis ovatis.

Arbor potissimum Indiae orientalis.

Nom. officin. GRANA PARADISI.

Pars usualis. *Semen.*

4. AMOMUM ZEDOARIA. (a)

Scapo nudo, spica laxa cylindracea, truncata; foliis ovatis acuminatis.

Planta perennis Indiae orientalis.

Nom. officin. ZEDOARIA.

Pars usualis. *Radix.*

II. CURCUMA.

Calyx bifidus. Corolla quadripartita. Nectarium trilobum. Anthera basi bicalcarata.

I. CURCUMA LONGA. (b)

Fo-

(a) Clarissimus JOH. BARTH, TROMMSDORFF *Zedoariae* radicem ex unica *Amomo Zedoaria* derivari aserit, dum Celeberrimi Pharmacopoeae Borusicae Scriptores eandem ex *Kaempferia rotunda* quoque peti affirmant, vel, si mavis, binas hasce species inter se non differre. Prioris sententiae mihi quoque videtur Celeberrimus WILLDENOW, inter synonyma *Amomi Zedoariae* referens *Amomum Zedoariam* Bergii, dum *Kaempferiam rotundam* distinctam facit speciem. Vid. JOH. BARTH, TROMMSDORFF *Handbuch der pharmaceutischen Waarenkunde, zum gebrauch für Aerzte, Apotheker und Droguisten* pag. 289. Erfurt 1799, 8°. *Pharmacopoeam Borusicam* pag. 59. Berolini 1799. CAROLI a LINNÉ *species plantarum*, curante CAROL. LUDOV. WILLDENOW, T. I. pag. 7 et 15. Berolini 1797, 8°.

(b) Est *Amomum Curcuma* Jacquini,

Foliis lanceolatis: nervis lateralibus numerosissimis.

Habitat in India, planta perennis.

Nom. officin. CURCUMA.

Pars usualis. *Radix.*

III. ALPINIA.

Calyx tridentatus, aequalis, tubulosus. Corolla tripartita aequalis. Nectarium bilabiatum, labio inferiore patente.

I. ALPINIA GALANGA, (a)

Racemo terminali laxo, floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis.

Habitat in India orientali, planta perennis.

Nom. officin. GALANGA MINOR.

Pars usualis. *Radix.*

* KAEMPFERIA.

Calyx obsoletus. Corolla sexpartita, laciniis tribus majoribus patulis, unica bipartita. Stigma bilamelatum.

I. KAEMPFERIA GALANGA.

Foliis ovatis fessilibus.

Habitat in India, planta perennis.

I. C Y=

(a) Species haec *Maranta Galanga* SWARTZIO dicitur.

** C Y P E R U S. (a)

Glumae paleaceae, distiche imbricatae. Corolla nulla. Semen unicum, nudum.

I. CYPERUS LONGUS.

Culmo triquetro folioso; umbella foliosa, supradecomposita; pedunculis nudis; spicis alternis.

Planta perennis, in Italiae, Galliae, Carnioliae paludibus indigena.

CLAS-

(a) Ad Clasis tertiae ordinem, qui *Monogynia* audit, referendum hoc genus.

CLASSIS II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

I. OLEA.

Corolla quadrifida: laciniis subovatis. Drupa monosperma.

I. OLEA EUROPAEA.

Foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus coarctatis.

Arbor Europae meridionalis.

Pars usualis. *Olivarum oleum.*

II. VERONICA.

Corolla limbo quadripartito, lacinia infima angustiori. Capsula bilocularis.

1. VERONICA OFFICINALIS.

Spicis lateralibus pedunculatis; foliis oppositis obovato-subrotundis, pilosis, annuis; caule procumbente hirto.

Planta perennis, in Europae sylvestribus sterilibus.

Nom. officin. VERONICA.

Pars usualis. *Herba.*

2. VERONICA BECCABUNGA.

Racemis lateralibus; foliis ovatis planis; caule repente.

Planta perennis, ad rivos, in fossis et locis humidis copiosa.

Nom. officin. BECCABUNGA.

Pars usualis. *Herba virens.*

III. GRATIOLA.

Corolla irregularis, resupinata. Stamina duo sterilia. Capsula bilocularis. Calyx heptaphyllus, duobus exterioribus patulis.

I. GRATIOLA OFFICINALIS.

Foliis lanceolatis ferratis; floribus pedunculatis.

Planta praesertim Europae meridionalis, apud nos rarior; culta in hortis.

Nom. officin. GRATIOLA.

Partes usuales. *Herba, radix.*

IV. ROSMARINUS.

Corolla inaequalis, labio superiore bipartito. Filamenta longa, curva, simplicia cum dente.

I. ROSMARINUS OFFICINALIS.

Foliis sessilibus.

Frutex Europae meridionalis, cultus in hortis medicis.

Nom. officin. ROSMARINUS.

Partes usuales. *Spicae florentes.*

V. SALVIA.

Corolla inaequalis. Filamenta transverse pedicello affixa,

I. SALVIA OFFICINALIS.

Foliis lanceolato-ovatis, crenulatis; verticillis paucifloris; calycibus mucronatis.

Fruticulus in Europa australi sponte nascens, in hortis cultus.

Nom.

Nom. officin. SALVIA.

Partes usuales. *Folia.*

D I A N D R I A

T R I G Y N I A.

I. P I P E R.

Calyx nullus. Corolla nulla. Bacca monosperma.

1. PIPER NIGRUM.

Foliis ovatis, subseptemnerviis, glabris, petiolis simplicissimis.

Frutex Indiae orientalis, in insula Java copiose cultus.

Nom. officin. PIPER ALBUM.

Pars usualis. *Fructus.*

2. PIPER CUBEBA. (a)

Foliis oblique-ovatis five oblongis, venosis, acutis; spica solitaria pedunculata, oppositifolia, fructibus pedicellatis.

Frutex in Javae sylvis, inque Guinea indigena.

Nom. officin. CUBEBA.

Pars usualis. *Fructus.*

CLAS-

(a) Est *Piper caudatum* Bergii.

CLASSIS III.

TRIANDRIA

MONOGYNIA.

I. VALERIANA.

Calyx nullus. Corolla monopetala, basi hinc gibba, supera. Semen unicum.

I. VALERIANA OFFICINALIS.

Floribus triandris; foliis omnibus pinnatis.

Planta perennis, ex locis altioribus colligenda. Colitur in hortis nordvicensibus aliisque.

Nom. officin. VALERIANA SYLVESTRIS.

Pars usualis. *Radix.*

* VALERIANA PHU.

Floribus triandris; foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis.

Planta perennis Alsatiae et Silesiae.

** VALERIANA DIOECA.

Floribus triandris dioecis, foliis pinnatis integerrimis.

Planta perennis in Europae et Orientis campis uliginosis.

II. CROCUS.

Corolla sexpartita, aequalis. Stigmata convoluta.

I. CROCUS SATIVUS. (a)

(a) *Crocus autumnalis Hoffmanni.*

Stig-

Stigmate tripartito, longitudine corollae reflexo; foliis linearibus, margine revolutis.

Planta perennis, in Europa meridionali et in Oriente sponte nascens.

Nom. officin. CROCUS.

Partes usuales. *Florum stigmata.*

* CARTHAMUS. (a)

Calyx ovatus, imbricatus squamis, apice subovato-foliaceis.

I. CARTHAMUS TINCTORIUS.

Foliis ovatis, integris, ferrato-aculeatis.

Planta annua aegyptiaca.

** CALENDULA. (b)

Receptaculum nudum. Pappus nullus. Calyx polyphyllus, aequalis. Semina disci membranacea.

I. CALENDULA OFFICINALIS.

Seminibus cymbiformibus muricatis, incurvatis omnibus.

Planta annua in Europae australis arvis; copiose culta in hortis.

III. IRIS.

Corolla sexpartita, laciniis alternis reflexis. Stigmata petaliformia.

I. IRIS.

(a) Ad Syngenesiam Polygamiam Aequalem hocce genus pertinet.

(b) Ad Syngenesiam Polygamiam Necesariam Calendulae genus referatur.

I. IRIS FLORENTINA.

Barbata, foliis ensiformibus glabris, brevioribus scapo
subbifloro.

*Planta perennis Italiae, in florentino tractu, prae-
sertim radicis causa, colitur.*

Nom. officin. IRIS FLORENTINA.

Pars usualis. *Radix.*

T R I A N D R I A

D I G Y N I A.

I. S A C C H A R U M.

Calyx bivalvis lanugine longa involucreatus. Corolla
bivalvis.

I. SACCHARUM OFFICINARUM.

Floribus paniculatis; foliis planis.

*In utraque India in locis udis sponte nascens, et co-
piose culta.*

Partes usuales. *Saccharum candum et album.*

II. H O R D E U M.

Calyx lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.

I. HORDEUM VULGARE.

Flosculis omnibus hermaphroditis aristatis; ordinibus
duobus erectioribus.

Gramen annuum circa Mazameni Siciliae, circa Samaram Russiae nascens; nobis cultum.

Nom. officin. HORDEUM.

Partes usuales. *Semen crudum, mundatum et perlutum, maltum.*

III. TRITICUM.

Calyx bivalvis, solitarius, subtriflorus. Flos obtusiusculus obtusus.

I. TRITICUM HYBERNUM.

Calycibus quadrifloris, ventricosus, laevibus, imbricatis, submuticis.

Planta annua, ex Sicilia primo translata, hodie copiose apud nos culta.

Nom. officin. TRITICUM.

Partes usuales. *Amylum, farina.*

2. TRITICUM REPENS.

Calycibus quadrifloris, subulatis, acuminatis; foliis planis.

Planta perennis in agris, ruderibus refertis, et pratis maxime vulgaris.

Nom. officin. GRAMEN.

Pars usualis. *Radix.*

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

I. FAGARA.

Calyx quadrifidus. Corolla tetrapetala. Capsula bivalvis, monosperma.

I. FAGARA OCTANDRA.

Foliis pinnatis, utrinque tomentosis: foliolis ovatis dentatis, petiolo communi articulato-alato; floribus octandris.

Arbor Americae calidioris, praesertim in Curacao frequens; etiam in insula Madagascar.

Pars usualis. *Resina, quae Tacamahaca dicitur.*

* POPULUS. (a)

I. POPULUS BALSAMIFERA.

Foliis ovatis, ferratis, subtus albidis; stipulis resinosis.

Arbor Americae septentrionalis.

II.

(a) Ad *Dioclam Octandriam* cum pertineat hoc genus, ibique recurrat, characteres generis hac classe consulendi sunt.

II. RUBIA.

Corolla monopetala, campanulata. Baccae duae, monospermae.

I. RUBIA TINCTORUM.

Foliis annuis; caule aculeato.

Planta perennis in Europa meridionali; nostratibus copiose culta.

Nom. officin. RUBIA TINCTORUM.

Pars usualis. *Radix.*

III. PLANTAGO.

Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida: limbo reflexo. Stamina longissima. Capsula bilocularis, circumscissa.

I. PLANTAGO MAJOR.

Foliis ovatis glabris; scapo tereti; spica flosculis imbricatis.

Planta perennis, ad vias et in locis incultis creberrima.

Nom. officin. PLANTAGO.

Partes usuales. *Folia virentia.*

2. PLANTAGO PSYLLIUM.

Caule ramoso herbaceo; foliis subdentatis, recurvatis; capitulis aphyllis.

Planta annua, in Europa australi et Aegypto.

Nom. officin. PSYLLIUM.

Pars usualis. *Semen.*

IV. DORSTENIA.

Receptaculum commune, monophyllum, carnosum, in quo femina solitaria nidulantur.

I. DORSTENIA CONTRAJERVA. (a)

Scapis radicatis; foliis pinnatifido-palmatis, ferratis; receptaculis quadrangulis.

Planta perennis peruviana.

Nom. officin. CONTRAJERVA.

Pars ufualis. *Radix.*

V. SANTALUM.

Corolla tetrapetala; petalis calyci innatis, praeter glandulas quatuor. Calyx quadridentatus. Bacca infera, monosperma.

I. SANTALUM ALBUM.

Calyx superus, sive margo quadridentatus. Petala quatuor, calycis laciniis insidentia, rectiora; glandulae quatuor, petalis minores, alternantes Filamenta quatuor, tubo calycis innata. Drupa monosperma.

Arbor Indiae orientalis, insulae praecipue Timor.

Nom. officin. SANTALUM CITRINUM.

Pars ufualis. *Lignum.*

CLAS-

(a) *Contrajervae radicem* ab hac specie colligi, vulgo dicitur. Videtur autem *Dorstenia Houstoni* et *Psoralea pentaphylla* eandem quoque suppeditare.

CLASSIS V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

I. CHIRONIA.

Corolla rotata. Pistillum declinatum. Stamina, tubo corollae infidentia. Antherae demum spirales. Pericarpium biloculare.

I. CHIRONIA CENTAURIUM Curtis. (a)

Herbacea, foliis ellipticis trinerviis; caule dichotomo corymbofo; calycinis laciniis subulatis, subpatuis; corollae limbo plano.

Planta annua, in locis sabulosis, praesertim marinis, frequens.

Nom. officin. CENTAURIUM MINUS.

Partes usuales. *Summitates florentes.*

II. SYMPHYTUM.

Corollae limbus tubulato-ventricosus: faucibus clausis radiis subulatis.

I. SYMPHYTUM OFFICINALE.

Foliis ovato-lanceolatis, decurrentibus.

Planta perennis, in pratis humidis, ad fossas et rivos copiosissima; in hortis culta.

Nom.

(a) Est *Gentiana Centaurium* Linnæi.

Nom. officin. CONSOLIDA MAJOR, SYMPHYTUM.
 Pars usualis. *Radix.*

III. SPIGELIA.

Corolla infundibuliformis. Capsula didyma, unilocularis, polysperma.

I. SPIGELIA ANTHELMIA.

Caule herbaceo; foliis summis quaternis.

Planta annua, in America meridionali, Brasilia praecipue, sponte nascens.

Nom. officin. SPIGELIA.

Partes usuales. *Herba cum radice.*

2. SPIGELIA MARILANDICA.

Caule tetragono; foliis omnibus oppositis.

Planta perennis, in Carolina australi, solo profundiore, fertili.

Nom. officin. SPIGELIA.

Pars usualis. *Radix.*

IV. MENYANTHES.

Corolla hirsuta. Stigma bifidum. Capsula unilocularis.

I. MENYANTHES TRIFOLIATA.

Foliis ternatis.

Planta perennis, in locis paludosis et pratis udis.

Nom. officin. TRIFOLIUM AQUATICUM, sive FIBRINUM.

Pars usualis. *Herba recens.*

V. CONVULVULUS.

Corolla campanulata, plicata. Stigmata duo. Cap-
sula bilocularis: loculis dispermis.

1. CONVULVULUS SCAMMONIA.

Foliis sagittatis, postice truncatis; pedunculis teretibus,
subtrifloris.

*Planta perennis orientalis, praesertim in Syria fre-
quens.*

Pars usualis. *Gummi-resina, Scammonium aleppense
dicta.*

2. CONVULVULUS MECHOACANNA. (a)

*Planta perennis, luxurians in agris et sylvis Ame-
ricae, praecipue Brasiliae.*

Nom. officin. MECHOACANNA.

Pars usualis. *Radix.*

3. CONVULVULUS JALAPA.

Caule volubili; foliis ovatis subcordatis obtusis, obso-
lete repandis, subtus villosis; pedunculis unifloris.

Planta perennis Americae meridionalis.

Nom. officin. JALAPPA.

Pars usualis. *Radix.*

4. CON-

(a) In systemate sexuali species haec nondum fuit recepta, cum
accurata ejus notitia destituamur. In quinta vero Materiae Me-
dicæ Linnæanæ, editione sequenti definitur modo: *Caule volubili,
foliis cordatis, fructibus maximis tomentosis.* Vid. pag. 67 illius ope-
ris et Confer BERG Mater. Medic. Tom. I. pag. 68.

4. CONVOLVULUS SCOPARIUS.

Foliis linearibus, pilofuscis; pedunculis subtrifloris; calycibus fericeis, ovatis, acutis; caule fruticoso; ramis virgatis.

Frutex in Teneriffa, circa oppidum St. Crux.

Pars usualis. *Rhodum lignum.* (a)

5. CON-

(a) *Rhodium lignum* in insulis canariensibus ex *Genistae* quadam specie colligi, Pharmacopoeae Batavae scriptores autumaverunt. Minus accurata, quae habebatur eo tempore, quo Codex Pharmaceuticus institueretur, notitia, probabiliorem vix finebat hujus ligni tradere originem. Satius ideo duxerunt, celeberrimum MURRAY sequi, quam omnem omnino hujus rei intelligentiam negligere. LINNAEI filius autem jam ante plures annos, se certum esse, retulit, *rhodium lignum ex Genista canariensi* non desumere incolas; haesit vero, cuinam stirpi lignum illud adscriberet, atque anceps quasi plantam indicat, quae Botanicorum est *Convolvulus scoparius*. Et sane hujus ligni rasura quum odorem spargat rosaceum, saporisque sit acriusculi, multa huic opinioni insunt momenta. Sequitur et illam celeberrimus HAGEN, aliique in arte viri laudabiles.

Omne denuo dubium tulit clarissimus BROUSSONET, cum in literis, ad Societatem literariam Galliae missis, nos certiores faceret, ex *Convolvulo florido* et *Convolvulo Scopario lignum rhodium* colligi; illud autem melioris esse notae, quod ex priori *Convolvuli* specie habetur. Vide Pharmacopoeam Batavam, pag. 98. et confer J. A. MURRAY, Apparatus Medicaminum, pag. 446. vol. II. JOH. BARTH. TROMMSDORFF, l. c. pag. 355. KARL GOTTFRIED HAGEN'S Lehrbuch der Apothekerkunst, pag. 212. Tom. I. Königsberg 1797. WILLDENOW l. c. pag. 872. Tom. I. Part. 2. et J. J. RÖMER, Archiv. für die Botanik Dritten Bandes, erstes und zweytes Stück. pag. 169 et 290. Leipzig 1803.

5. CONVULVULUS FLORIDUS.

Foliis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis, subpilosis; ramis floriferis, pedunculisque paniculatis.

Frutex in rupibus Teneriffae.

Pars usualis. *Rhodium lignum.*

VI. CINCHONA.

Corolla infundibuliformis. Capsula infera, bilocularis, bipartibilis, dissepimento parallelo.

I. CINCHONA OFFICINALIS. (a)

Fo-

(a) Varias corticis species vero peruviano cortici, hoc praefertim nostro tempore, aegrotorum maximo fane damno, substitui, res est notissima. Has species dignoscere praecipua ideo fit Pharmacopocorum, atque Medicorum cura. Instituti autem ratio non finit, hoc loco signa diagnostica tradere, quibus omnes inter se distinguantur. Verum enimvero non possum, quin multifarias illas plantarum species verbo indicem, quarum corticem *Cinchonae officinalis* cortici mala fraude aut substituunt, aut intermiscunt mercatores. Sunt sequentes:

Cinchona delicata.

Cinchona glabra Ruizii.

Cinchona purpurea.

Cinchona pallescens Ruizii.

Cinchona lutescens, quae est *lutea* Ruizii.

Cinchona fusca Ruizii.

Cinchona montana.

Cinchona corymbosa, sive *corymbifera*.

Cinchona caribaea.

Cinchona floribunda.

Cinchona angustifolia.

Foliis ovato-lanceolatis, glabris; capsulis oblongis.

Arbor Peruviana, nuper etiam in sylvis provinciae, cui nomen Terra Firma est, detecta.

Nom. officin. CHINA CHINA, CORTEX PERUVIANUS FUSCUS.

Pars usualis. *Cortex.*

VII. VERBASCUM.

Corolla rotata, subinaequalis. Capsula bilocularis, bivalvis.

I. VERBASCUM THAPSUS.

Foliis decurrentibus, utrinque tomentosis; caule simplici.

Planta biennis, in nostri climatibus locis incultis, siccioribus frequens.

Nom.

Cinchona fragrans.

Mespilus arbutifolia.

Liriodendron tulipifera.

Swietenia Mahagoni.

Achras mammosa.

Achras sapota.

Achras dissecta.

Achras salicifolia.

Nerium antidysentericum.

Volkameria aculeata.

Consultat, qui harum omnium characteres suos facere cupit, praestantissimum DÖRFFURTHI opus, Neues Deutsches Apothekerbuch, nach der letzten Ausgabe der Preussischen Pharmacopoe Tom. I. pag. 172. et seqq. aut B. TIEBOEL opusculum, de Kina in deszelfs geschiedenis, zoorten, vervalschingen &c. Groningae apud JAN OOMKENS, 1803.

Nom. officin. VERBASCUM.

Partes usuales. *Folia.*

VIII. DATURA.

Corolla infundibuliformis, plicata. Calyx tubulofus, angulatus, deciduus. Capsula quadrivalvis.

I. DATURA STRAMONIUM.

Pericarpis spinosis, erectis, ovatis; foliis ovatis glabris.

Planta annua, in ruderibus refertis locis, ad sepes, vias, in fimetis, ad fossas sponte nascens.

Nom. officin. STRAMONIUM.

Partes usuales. *Herba recens.*

IX. HYOSCYAMUS.

Corolla infundibuliformis, obtusa. Stamina inclinata. Capsula operculata, bilocularis.

I. HYOSCYAMUS NIGER.

Foliis amplexicaulibus sinuatis; floribus sessilibus.

Planta biennis, in Europae ruderibus refertis, pinguibus agris; culta in hortis botanicis.

Nom. officin. HYOSCYAMUS.

Partes usuales. *Folia recentia, semen.*

X. NICOTIANA.

Corolla infundibuliformis, limbo plicato. Stamina inclinata. Capsula bivalvis, bilocularis.

I. NICOTIANA TABACUM.

Foliis lanceolato-ovatis, sessilibus, decurrentibus; floribus acutis.

Plan-

Planta annua Americae meridionalis, in Belgio culta.

Nom. officin. NICOTIANA.

Partes usuales. *Folia.*

XI. A T R O P A.

Corolla campanulata. Stamina distantia. Bacca globosa, bilocularis.

I. ATROPA BELLADONNA.

Caule herbaceo, foliis ovatis integris.

Planta perennis Europaea, in sylvis caeduis, aliisque locis desertis, umbrosis; in patria rarissime visa, sponte nascens.

Nom. officin. BELLADONNA.

Partes usuales. *Radix, folia.*

XII. S O L A N U M.

Corolla rotata. Antherae subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. Bacca supera, bilocularis.

I. SOLANUM DULCAMARA.

Caule inermi, fruticoso, scandente; foliis cordatis, glabris, superioribus auriculatis; corymbis oppositifoliis.

Stirps perennis frutescens, sarmentosa, ad sepes, in fruticetis, in locis humidis indigena.

Nom. officin. DULCAMARA.

Partes usuales. *Stipites.*

XIII. CAPSICUM.

Corolla rotata. Antrum corticosum, femibiloculare.

I. CAPSICUM ANNUUM.

Caule herbaceo; pedunculis solitariis.

Planta annua Americae meridionalis, in hortis nostris frequenter culta.

Nom. officin. PIPER HISPANICUM, seu INDICUM.

Pars usualis. *Fructus.*

XIV. STRYCHNOS.

Corolla quinquefida. Bacca unilocularis, cortice lignoso.

I. STRYCHNOS NUX VOMICA.

Foliis ovatis; caule inermi.

Arbor in Ceylonae et Malabariae arenosis locis.

Nom. officin. NUX VOMICA.

Pars usualis. *Semen.*

XV. VITIS.

Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca pentasperma, supera.

I. VITIS VINIFERA.

Foliis lobatis, finuatis, nudis.

Frutex sponte crescit in regionibus australibus.

Partes usuales. *Pasulae majores, et, quod ex uvis praeparatur, vinum.*

2. VITIS APYRENA. (a)

In iisdem, ac praecedens, regionibus australibus habitat.

Partes usuales. *Pasfulae minores.*

XVI. PSYCHOTRIA.

Calyx quinquedentatus, coronans. Corolla tubulosa. Bacca globosa. Semina duo, hemisphaerica, fulcata.

I. PSYCHOTRIA EMETICA.

Herbacea, procumbens, foliis lanceolatis, glabris; stipulis extrafoliaceis, subulatis; capitulis axillaribus pedunculatis, paucifloris.

Planta perennis, in Regno mexicano praesertim frequens.

Nom. officin. IPECACUANHA.

Pars usualis. *Radix.* (b)

XVII. RIBES.

Petala quinque et stamina calyci inserta. Stylus bifidus. Bacca polysperma, infera.

I. RI-

(a) Varietas *Vitis viniferae.*

(b) Ipecacuanha radix, e diversis herbis americanis colligitur. Multae praesertim sunt *Violarum* species, quae radices emeticas praebent, eodem Ipecacuanhae nomine insignitas, rarissime tamen in Europa venales. Quae ex *Psychotria emetica* habetur, omnium est utilatissima.

I. RIBES RUBRUM.

Inerme, racemis glabris nutantibus, floribus planis, foliis obtuse quinquelobis, caule erecto.

Frutex in dumetis, sylvis aliisque patriae locis sponte nascens, in hortis frequenter colitur.

Nom. officin. RIBES RUBRUM.

Partes usuales. *Baccae recentes.*

2. RIBES NIGRUM.

Inerme, foliis subtus punctatis; racemis laxis, floribus campanulatis; bracteis pedicellis brevioribus.

Frutex in vallibus et ad rivulos sponte nascens, in hortis cultus.

Nom. officin. RIBES NIGRUM.

Partes usuales. *Baccae recentes.*

P E N T A N D R I A

D I G Y N I A.

I. ASCLEPIAS.

Contorta. Nectaria quinque, ovata, concava, corniculum exserentia.

I. ASCLEPIAS VINCETOXICUM.

Foliis ovatis, acuminatis, margine tenuissime ciliatis; caule erecto; umbellis proliferis.

Planta perennis locorum montosorum Germaniae.

Nom. officin. VINCETOXICUM.

Pars usualis. *Radix.*

II. IMPERATORIA.

Fructus subrotundus, compressus, medio gibbus, margine cinctus. Petala inflexo-emarginata.

I. IMPERATORIA OSTRUTHIUM.

Planta perennis, in montibus Helvetiae, aliisque sponte crescens.

Nom. officin. IMPERATORIA.

Pars usualis. *Radix.*

III. ULMUS.

Calyx quinquefidus. Corolla nulla. Samara compresso-membranacea.

I. ULMUS CAMPESTRIS.

Foliis duplicato-ferratis, basi inaequalibus; floribus subsessilibus, conglomeratis, pentandris; fructibus glabris.

Arbor in Belgio frequens.

Nom. officin. ULMUS.

Pars usualis. *Cortex interior.*

IV. GENTIANA.

Corolla monopetala. Capsula bivalvis, unilocularis; receptaculis duobus, longitudinalibus.

I. GENTIANA LUTEA.

Corollis subquinquefidis, rotatis, verticillatis; verticillis subcymosis; calycibus spathaceis.

Planta in Alpibus perennis.

Nom.

Nom. officin. GENTIANA RUBRA.

Pars ufualis. *Radix.*

V. ERYNGIUM.

Flores capitati. Receptaculo paleaceo.

I. ERYNGIUM CAMPESTRE.

Foliis radicalibus amplexicaulibus, pinnato-lanceolatis.

Planta perennis, copiosa in locis sabulosis incultis.

Nom. officin. ERYNGIUM.

Pars ufualis. *Radix.*

VI. DAUCUS.

Corollae subradiatae. Flosculi disci abortivi. Fructus pilis hispidus.

I. DAUCUS CAROTA.

Seminibus hispidis; petiolis subtus nervosis.

In campis pratisque crescit.

Nom. officin. DAUCUS SYLVESTRIS.

Pars ufualis. *Semen.*

VII. CONIUM.

Involutella dimidiata, subtriphylia. Fructus ovatus, gibbus, utrinque quinquecostatus, costis ante maturitatem crispato-crenatis.

I. CONIUM MACULATUM.

Seminibus inermibus striatis; caule ramofo, nitido, maculato.

Planta biennis, in umbrosis, ad sepes et vias, in locis, ruderibus refertis, indigena.

Nom. officin. CICUTA.

Pars usualis. *Herba.*

* C I C U T A.

Fructus subovatus, fulcatus.

I. CICUTA VIROSA.

Umbellis oppositifoliis; petiolis marginatis, obtusis. (a)

Planta perennis; habitat in paludibus, et fossis patriae nostrae.

** A E T H U S A.

Involucella dimidiata, triphylla, pendula. Fructus striatus.

I. AETHUSA CYNAPIUM.

Foliis conformibus.

Planta annua frequens in Belgii aggeribus et sylvis, inter olera et ad vias.

*** CHAE-

(a) Radix tuberosa, cava, concamerata, fibris subverticillatis. Caulis teres, fistulosus. Folia pinnata: foliola lanceolata, ternata; serraturis apice albis. Umbella patens, basi rubra. Involucella polyphylla, fetacea, brevia. Flores albi, hermaphroditi, uniformes. Petala ovata, inflexa. Styli duo, erecti, albi, persistentes, in fructu divaricati. Stigmata simplicia. Fructus subovatus, compressus, laevis, truncatus.

*** CHAEROPHYLLUM.

Involucrum reflexum, concavum. Petala inflexo-cordata. Fructus oblongus, laevis.

I. CHAEROPHYLLUM SYLVESTRE.

Caule striato, geniculis tumidiusculis. (a)

Planta perennis ad vias et in locis patriae cultis admodum frequens.

2. CHAEROPHYLLUM TEMULUM.

Caule scabro: geniculis tumidis. (b)

Planta biennis; habitat in locis umbrosis ad arvos, vias et sepes.

VIII. FERULA.

Fructus ovalis, compresso-planus, striis utrinque tribus.

I. FERULA ASA FOETIDA.

Foliolis alternatim finuatis, obtusis.

Planta perennis Persiae.

Pars usualis, *Gummi-resina*, cui nomen est *Asa foetida*.

IX.

(a) Caulis subfulcatus. Pedunculus communis teres. Petala integra, plana, exteriora majora. Umbella subradiata. Flores flosculosi fertiles sunt.

(b) Umbellae virgines dormientes cernuae. Umbellulae in media abortum facientes.

IX. LIGUSTICUM.

Fructus oblongus, quinquefulcatus utrinque. Corollae aequales. Petalis involutis integris.

I. LIGUSTICUM LEVISTICUM.

Foliis multiplicibus: foliolis superne incisis.

Planta perennis, in collibus maritimis sponte nascens.

Nom. officin. TAMARINDUS.

Pars usualis. *Fructus.*

MONADELPHIA

POLYANDRIA.

I. ALTHAEA.

Calyx duplex; exterior sex-vel-novemfidus. Capsulae plurimae, monospermae.

I. ALTHAEA OFFICINALIS.

Foliis tomentosis, oblongo-ovatis, obsolete trilobis, dentatis.

Planta perennis, solo argillaceo humido sponte crescens. Colitur in hortis nordvicensibus, aliisque botanicis.

Nom.

Nom officin. **ALTHAEA.**

Partes usuales. *Radix, folia, flores.*

II. **MALVA.**

Calyx duplex, exterior triphyllus. Capsulae plurimae, monospermae.

1. **MALVA ROTUNDIFOLIA.**

Caule prostrato; foliis cordato-orbiculatis, obsolete quinquelobis; pedunculis fructiferis declinatis.

Planta annua, in hortis culta medicis.

Nom. officin. **MALVA.**

Partes usuales. *Folia, flores.*

2. **MALVA SYLVESTRIS.**

Caule erecto, herbaceo; foliis septemlobatis, acutis; pedunculis petiolisque pilosis.

Planta annua, in hortis culta.

Nom. officin. **MALVA.**

Partes usuales. *Folia, flores.*

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA

HEXANDRIA.

I. FUMARIA.

Calyx diphyllus. Corolla ringens. Filamenta duo, membranacea, singula Antheris tribus.

I. FUMARIA OFFICINALIS.

Caule ramoso, diffuso; filiquis globosis, monospermis, retusis; foliis supradecompositis, foliolis cuneiformi-lanceolatis, incis.

Planta annua, frequens.

Nom. officin. FUMARIA.

Pars usualis. *Herba recens.*

DIADELPHIA

OCTANDRIA.

I. POLYGALA.

Calyx pentaphyllus; foliolis duobus alaeformibus, coloratis. Legumen obcordatum, biloculare.

I. POLYGALA AMARA.

Floribus cristatis, racemosis, alis calycinis trinerviis, obtusis, corolla longioribus; caulibus erectiusculis; foliis obtusis, radicalibus obovatis.

Plan-

Planta perennis montana Germaniae et Galliae meridionalis.

Nom. officin. POLYGALA AMARA.

Pars usualis. *Radix.*

2. POLYGALA SENEGA.

Floribus imberbibus; spica terminali, filiformi; caule erecto, herbaceo, simplicissimo; foliis oblongo-lanceolatis.

Planta perennis Virginiae et Pensylvaniae.

Nom. officin. SENEGA.

Pars usualis. *Radix.*

D I A D E L P H I A

D E C A N D R I A.

I. P T E R O C A R P U S.

Calyx quinquedentatus. Legumen falcatum, foliaceum, varicosum, ala cinctum, non dehiscens. Semina aliquot solitaria.

I. PTEROCARPUS SANTALINUS.

Foliis ternatis, subrotundis, retusis, glaberrimis; petalis crenatis, undulatis.

Arbor altissima in montibus ceylonicis et Indiae.

Nom. officin. SENTALUM RUBRUM.

Pars usualis. *Lignum.*

II. SPAR-

II. SPARTIUM.

Stigma longitudinale, supra villōsum. Filamenta germini adhaerentia. Calyx deorsum productus.

I. SPARTIUM SCOPARIUM.

Foliis ternatis, folitariisque, oblongis; floribus axillari-
bus; leguminibus margine pilosis; ramis angulatis.

Fruticulus in locis arenosis et elatis sponte nascens.

Nom. officin. GENISTA.

Partes usuales. *Summitates.*

III. GEOFFROYA.

Calyx quinquefidus. Drupa ovata. Nucleus compressus.

I. GEOFFROYA SURINAMENSIS.

Inermis, foliolis oblongis, obtusis, emarginatis.

Frutex surinamensis.

Nom. officin. GEOFFROYA SURINAMENSIS.

Pars usualis. *Cortex.*

2. GEOFFROYA INERMIS. (a)

Inermis, foliis lanceolatis.

Frutex, in Jamaica et Martinica sponte crescens.

Nom. officin. GEOFFROYA JAMAÏCENSIS.

Pars usualis. *Cortex.*

IV. GLY-

(a) Aliorum *Geoffroya jamaïcensis.*

IV. GLYCYRRHIZA.

Calyx bilabiatus; labium superius tripartitum; labium inferius simplicissimum. Legumen ovatum, compresum.

I. GLYCYRRHIZA GLABRA.

Leguminibus glabris; floribus racemosis; stipulis nullis; foliolis ovatis, subretusis, subtus subglutinosi.

Planta perennis, in Europa meridionali frequens.

Nom. officin. GLYCYRRHIZA, LIQUIRITIA.

Partes usuales. *Radix, succus, five extractum.*

2. GLYCYRRHIZA ECHINATA.

Leguminibus echinatis; floribus capitatis; stipulis lanceolatis; foliolis glabris, oblongis, mucronatis.

Planta perennis Rusiæ meridionalis.

Nom. officin. GLYCYRRHIZA, LIQUIRITIA.

Partes usuales. *Radix, succus, five extractum.*

V. ASTRAGALUS.

Legumen plerumque biloculare, gibbum. Semina biferialia.

I. ASTRAGALUS TRAGACANTHA.

Frutescens, petiolis spinescentibus; foliolis ellipticis, incanis; pedunculis subquadrifloris, folia aequantibus; calycinis dentibus ovatis.

Frutex in Aragonia, ad maris littora Galliae australis, Siciliae et Barbariae sponte enascens.

Partes usualis. *Tragacantha gummi.*

VI. TRIFOLIUM.

Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.

I. TRIFOLIUM OFFICINALE. (a)

Leguminibus racemosis, nudis, dispermis, rugosis, acutis; stipulis lanceolato-subulatis, indivisis; caule erecto.

Planta biennis, per patriam frequens.

Nom. officin. MELILOTUS.

Partes usuales. *Summitates florentes.*

VII. TRIGONELLA.

Vexillum et Alae subaequales, patentés, forma corollae tripetalae.

I. TRIGONELLA FOENUM GRAECUM.

Leguminibus sessilibus, striatis, erectiusculis, subfalcatís, acuminatis; caule erecto.

Planta, in Europa meridionali annua.

Nom. officin. FOENUM GRAECUM.

Pars usualis. *Semen.*

CLAS-

(a) Est *Trifolium Melilotus officinalis* Linnæi.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA

DECANDRIA.

I. THEOBROMA.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque, fornicata. Nectarium urceolatum, exserens quinque cornicula. Filamenta quinque, quodlibet antheris duabus instructum. Stylus filiformis. Stigma quinquepartitum. Capsula quinquelocularis, evalvis. Semina, in pulpâ butyracea nidulantia.

I. THEOBROMA CACAO.

Foliis integerrimis, glabris.

Arbor Americae calidioris indigena.

Nom. officin. CACAO.

Pars usualis. *Fructus.*

POLYADELPHIA

ICOSANDRIA.

I. CITRUS.

Calyx quinquefidus. Petala quinque, oblonga. Antherae viginti, filamentis connatis in varia corpora. Bacca novemlocularis.

I

t: et=

1. CITRUS MEDICA.

Petiolis linearibus; foliis ovatis, acuminatis.

Arbor Europae australis indigena.

Nom. officin. CITRUS.

Partes usuales. *Fructus, horumque corticis pars exterior recens et sicca.*

2. CITRUS AURANTIUM.

Petiolis alatis; foliis acuminatis; caule arboreo.

Arbor in Europa meridionali et in Oriente frequens; apud nos in hybernaculis culta.

Nom. officin. AURANTIUM CURASSAVICUM et HISPALENSE.

Partes usuales. *Folia et flores, nondum aperti, recentes; fructus immaturi; fructus corticis exterior pars siccata, vel recens, flavedo.*

II. MELALEUCA.

Calyx quinquepartitus, semisuperus. Corolla pentapetala. Filamenta multa, connata in quinque corpora. Stilus unicus. Capsula semivestita, trilocularis.

1. MELALEUCA LEUCADENDRON.

Foliis alternis, lanceolatis, acuminatis, falcato-obliquis, quinquenerviis; ramulis petiolisque glabris.

Arbor Indiae orientalis.

Pars usualis. *Oleum Cajeput.*

P O L Y A D E L P H I A

P O L Y A N D R I A.

I. H Y P E R I C U M.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Filamenta multa, in quinque phalanges basi connata. Capsula.

I. H Y P E R I C U M P E R F O R A T U M.

Floribus trigynis; caule ancipiti; foliis obtusis, pellucido-punctatis; foliolis calycinis lanceolatis.

Planta perennis ad vias et agrorum margines sponte nascens; colitur in hortis.

Nom. officin. H Y P E R I C U M.

Partes usuales. *Summitates florentes.*

CLASSIS XIX.

SYNGENESEA

POLYGAMIA AEQUALIS.

I. LEONTODON.

Receptaculum nudum. Calyx duplex. Pappus stipitatus, pilosus.

I. LEONTODON TARAXACUM.

Calyce exteriori reflexo; scapo unifloro; foliis runcinatis, glabris, laciniis lanceolatis, dentatis.

Planta perennis, in pascuis, ad vias frequentissima.

Nom. officin. TARAXACUM.

Partes usuales. *Herba, radix, eaeque recentes.*

II. CICHORIUM.

Receptaculum subpaleaceum. Calyx calyculatus. Pappus polyphyllus, paleaceus.

I. CICHORIUM INTYBUS.

Floribus axillaribus geminis, subsessilibus; foliis runcinatis.

Planta biennis, frequenter culta.

Nom. officin. CICHORIUM.

Partes usuales. *Radix, herba recens.*

* CICHORIUM ENDIVIA.

Pedunculis axillaribus, geminis, altero elongato, unifloro, altero brevissimo, subquadrifloro; floribus capitatis; foliis oblongis denticulatis; ramis flexuosis.

Planta annua, vel biennis, in India orientali sponte nascens, nobis copiose culta.

III. ARCTIUM.

Receptaculum paleaceum. Calyx globosus; squamis apice hamis inflexis. Pappus setoso-paleaceus.

I. ARCTIUM LAPPA.

Foliis caulinis cordatis, petiolatis, denticulatis; calycibus laevibus.

Planta biennis, ubique obvia, in hortis nordvicensibus, aliisque culta.

Nom. officin. BARDANA.

Pars usualis. *Radix.*

S Y N G E N E S I A

P O L Y G A M I A S U P E R F L U A.

I. T A N A C E T U M.

Receptaculum nudum. Pappus submarginatus. Calyx imbricatus, hemisphaericus. Corollae radii obsoletae, trifidae.

I. TANACETUM VULGARE.

Foliis bipinnatis, incis, ferratis.

Planta perennis, in aggeribus frequens.

Nom. officin. TANACETUM.

Pars usualis. *Herba, flores.*

II. ARTEMISIA.

Receptaculum subvillosum, seu nudiusculum. Pappus nullus. Calyx imbricatus squamis rotundatis, conniventibus. Corollae radii nullae.

1. ARTEMISIA CONTRA.

Fruticosa, foliis palmatis, linearibus, minutis; panicula racemosa; floribus sessilibus.

Fruticulus in Persia sponte crescens.

Nom. officin. SANTONICUM.

Pars usualis. *Semen.*

2. ARTEMISIA JUDAICA.

Fruticosa, foliis obovatis, obtusis, lobatis, parvis; floribus paniculatis, pedicellatis.

Fruticulus in Syria et Palaestina habitans.

Nom. officin. SANTONICUM.

Pars usualis. *Semen.*

3. ARTEMISIA ABROTANUM.

Frutescens, caule striato; foliis inferioribus bipinnatis, superioribus, pinnatis, capillaceis; calycibus pubescentibus, hemisphaericis.

Plan-

Planta perennis Europae meridionalis et Orientis.

Nom. officin. ABROTANUM.

Partes usuales. *Herba, summitates.*

4. ARTEMISIA ABSINTHIUM.

Foliis incanis, radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis lanceolatis, dentatis, obtusis, caulinis bipinnatifidis, pinnatifidisve, laciniis lanceolatis, acutiusculis; floralibus indivisis, lanceolatis; floribus globosis, pedunculatis, nutantibus.

Planta perennis, colitur in hortis nordvicensibus, aliisque botanicis.

Nom. officin. ABSINTHIUM VULGARE.

Partes usuales. *Herba, summitates.*

5. ARTEMISIA MARITIMA.

Foliis niveo-tomentosis, caulinis pinnatis, linearibus, obtusis, rameis linearibus, simplicibus, obtusis; caule ascendente, ramofo, ramulis cernuis; floribus oblongis, tomentosis, sessilibus.

Planta perennis, in littoribus marinis, praesertim argillaceis, frequentissima.

Nom. officin. ABSINTHIUM MARITIMUM.

Partes usuales. *Herba, summitates.*

III. TUSSILAGO.

Receptaculum nudum. Pappus simplex. Calycis squamae aequales, discum aequantes, submembranaceae. Corollae femineae lingulatae, vel edentulae.

I. TUSSILAGO FARFARA.

Scapo unifloro, subnudo, bracteato; flore radiato; foliis cordatis, angulatis, dentatis, subtus pubescentibus.

Planta perennis, ad fossas in agris argillaceis et udis crebra.

Nom. officin. TUSSILAGO.

Pars usualis. *Folia.*

IV. INULA.

Receptaculum nudum. Pappus simplex. Antherae, basi in fetas duas desinentes.

I. INULA HELENIUM.

Foliis amplexicaulibus; ovatis, rugosis: subtus tomentosis, calycem squamis ovatis.

Planta perennis, in pratis succulentis et humidioribus; colitur in hortis norðvicensibus aliisque.

Nom. officin. HELENIUM, ENULA.

Pars usualis. *Radix.*

V. ARNICA.

Receptaculum nudum. Pappus simplex. Calyx foliolis aequalibus. Corollulae radii saepius filamentis quinque absque antheris.

I. ARNICA MONTANA.

Foliis ovatis, integris, caulinis geminis, oppositis.

Planta perennis, indigena, in hortis culta.

Nom.

Nom. officin. ARNICA.

Partes usuales. *Radix, flores.*

* I N U L A. (a)

I. INULA DYSENTERICA.

Foliis amplexicaulibus cordato-oblongis, nudis, ferratis, subtus pilosis; caule pubescente, paniculato; ramis lateralibus, apice longioribus, patulis, calycinis squamis fetaceis,

Planta perennis, in fossis subhumidis et ad vias in locis udis sponte nascens.

VI. M A T R I C A R I A.

Receptaculum nudum cylindraceo-conicum. Pappus nullus. Calyx planus, imbricatus, squamis, margine scariofis.

I. MATRICARIA CHAMOMILLA.

Foliis bipinnatis; squamis calycinis obtusiusculis.

Planta annua, in hortis nordyicensibus aliisque medicis culta.

Nom. officin. CHAMAEMELUM VULGARE.

Partes usuales. *Flores.*

VII. P Y-

(a) Generis definitionem vide N^o. IV. pag. 136.

VII. PYRETHRUM.

Receptaculum nudum. Pappus marginatus. Calyx hemisphaericus, imbricatus, squamis acutiusculis, margine scariosis.

I. PYRETHRUM PARTHENIUM. (a)

Foliis pinnatis, pinnis oblongis, obtusis, pinnatifidis, dentatis, summis confluentibus; caule ramoso; floribus corymbosis, radio calyce fere duplo longiore; pappo dentato.

Planta perennis, culta in hortis nordvicensibus aliisque.

Nom. officin. MATRICARIA.

Partes usuales. *Herba, summitates florentes.*

VIII. ANTHEMIS.

Receptaculum paleaceum. Pappus nullus vel margo membranaceus. Calyx hemisphaericus, subaequalis. Flosculi radii plures, quam quinque.

I. ANTHEMIS NOBILIS.

Foliis bipinnatis, foliolis tripartitis, lineari-fubulatis, subvillosis; caule basi ramoso.

Planta perennis Europae meridionalis, in hortis culta nordvicensibus aliisque botanicis.

Nom. officin. CHAMAEMELUM ROMANUM.

Partes usuales. *Flores.*

2. AN-

(a) Est *Matricaria Parthenium* Linnæi.

2. ANTHEMIS PYRETHRUM.

Foliis triplicato-pinnatis, foliolis linearibus; caule decumbente; ramis axillaribus unifloris.

Planta perennis Asiae et Africae, ad oras maris mediterranei sponte nascens.

Nom. officin. PYRETHRUM.

Pars usualis. *Radix.*

IX. ACHILLEA.

Receptaculum paleaceum. Pappus nullus. Calyx ovatus, imbricatus. Flosculi radii circiter quatuor.

I. ACHILLEA MILLEFOLIUM.

Foliis bipinnatis, glabriusculis, pinnarum laciniis linearibus, dentatis.

Planta perennis, indigena, frequentissima.

Nom. officin. MILLEFOLIUM.

Partes usuales. *Folia, summitates florentes.*

SYNGENESIA

POLYGAMIA FRUSTRANA.

I. CENTAUREA.

Receptaculum fetosum. Pappus simplex. Corollae radii infundibuliformes, longiores, irregulares.

I. CEN-

I. CENTAUREA BENEDICTA.

Calycibus duplicato-spinosis, lanatis, involucretis; foliis semidecurrentibus, denticulato-spinosis.

Planta annua, in insulis Archipelagi frequens; in hortis nordvicensibus aliisque culta.

Nom. officin. CARDUUS BENEDICTUS.

Partes usuales. *Herba, summitates.*

S Y N G E N E S I A

M O N O G A M I A. (a)

I. V I O L A.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala, irregularis, postice cornuta. Capsula supera, trivalvis, unilocularis.

I. VIO-

(a) Celeberrimus WILLDENOW hunc ordinem e systemate sexuali rejecit, plantas omnes, olim illi subordinatas, ad *Pentandriam Monogyniam* reducens; maximo, ut mihi videtur, jure, cum stirpes, quae huic jungebantur, toto habitu, structura aliisque characteribus adeo differant a reliquis, ad *Syngenesiam* pertinentibus, ut vix aliqua ratione eo referantur. Verum enimvero, quum plerique de re herbaria scriptores ordinem hunc nondum neglexerint, adeoque tyronibus sit necessarium, illius characteres sibi cognitos habere, eundem huic meo opusculo subjunctum malui, quam aliquid omisisse videri.

1. VIOLA ODORATA.

Acaulis, foliis cordatis; stolonibus reptantibus.

Planta perennis, in hortis culta.

Nom. officin. VIOLA.

Partes usuales. *Florum petala.*

2. VIOLA TRICOLOR.

Caule triquetro, diffuso; foliis oblongis, incis; stipulis pinnatifidis.

Planta annua, frequens in locis arenosis, in hortis culta.

Nom. officin. JACEA, VIOLA TRICOLOR.

Pars usualis. *Herba.*

CLASSIS XX.

GYNANDRIA

DIANDRIA. (a)

I. ORCHIS.

Nectarium corniforme pone florem.

I. ORCHIS MASCULA. (b)

Bulbis indivisis; nectarii labio quadrilobo, crenulato; cornu obtuso; petalis dorsalibus reflexis.

In variis Europae et Asiae regionibus sponte enascens planta.

Nom. officin. SALEP.

Pars usualis. *Radix.*

* BUNIUM, (c)

Corolla uniformis. Umbella conferta. Fructus ovati.

I. BU-

(a) Clasibus, quae jam sequuntur, celeberrimi WILLDENOW Species Plantarum deficiunt. Prae aliis in hisce secutus sum CAROLI à LINNÉ Systema Plantarum, curante JOANNE JACOBO REICHARD, et CAROLI à LINNÉ Systematis Vegetabilium Editionem tertiam, procuratam a C. H. PERSOON.

(b) Plures sunt *Orchidis* species, quarum radix usui medico colligitur; exempli loco autem *Orchidem masculam* nominasse sufficiat.

(c) Est genus ex secundo Ordine Classis quintae.

I. BUNIUM BULBOCASTANUM.

Foliis uniformibus; involucro polyphylo.

Planta perennis, in Germaniae, Helvetiae, Galliae, Angliae agris et arvis sponte nascens.

G Y N A N D R I A

H E X A N D R I A.

I. A R I S T O L O C H I A .

Hexagyna. Calyx nullus. Corolla monopetala, lingu-
gulata, integra. Capsula sexlocularis, infera.

1. A R I S T O L O C H I A S E R P E N T A R I A .

Foliis cordato-oblongis, planis; caulibus infirmis,
flexuosis, teretibus; floribus solitariis.

Planta perennis Virginiae et Carolinae.

Nom. officin. SERPENTARIA VIRGINIANA.

Pars usualis. *Radix.*

2. A R I S T O L O C H I A R O T U N D A .

Foliis cordatis, subsessilibus, obtusis; caule infirmo;
floribus solitariis.

Planta perennis Europae meridionalis.

Nom. officin. A R I S T O L O C H I A R O T U N D A .

Pars usualis. *Radix.*

G Y N A N D R I A

P O L Y A N D R I A.

I. A R U M.

Spatha monophylla, cucullata. Spadix supra nudus, inferne femineus, medio flamineus.

I. ARUM MACULATUM.

Acaule, foliis hastatis, integerrimis; spadice clavato.

Planta perennis, in nemoribus et umbrosis Europae temperatioris locis.

Nom. officin. ARUM.

Pars usualis. *Radix recens.*

CLASSIS XXI.

MONOECIA

TETRANDRIA.

I. BETULA.

Masculinus flos. Calyx monophyllus, trifidus, triflorus. Corolla quadripartita.

Femineus flos. Calyx monophyllus, subtrifidus, biflorus. Semina utrinque membrana alata.

I. BETULA ALBA.

Foliis ovatis, acuminatis, ferratis.

Arbor in sylvis frequens.

Nom. officin. BETULA.

Partes usuales. *Folia tenerrima.*

II. MORUS.

Masculinus flos. Calyx quadripartitus. Corolla nulla.

Femineus flos. Calyx tetraphyllus. Corolla nulla.

Stili duo. Calyx baccatus. Semen unicum.

I. MORUS INDICA.

Foliis ovato-oblongis, utrinque aequalibus, inaequaliter ferratis.

Arbor orientalis?

Pars usualis. *Radix, quae Lopeziana dicitur.*

M O N O E C I A

P O L Y A N D R I A .

I. Q U E R C U S .

Masculinus flos. Calyx quinquefidus fere. Corolla nulla. Stamina quinque ad decem.

Femineus flos. Calyx monophyllus, integerrimus, scaber. Corolla nulla. Stili duo ad quinque. Semen (Nux) unicum; ovatum.

1. Q U E R C U S R O B U R .

Foliis deciduis, oblongis, superne latioribus; finibus acutioribus, angulis obtusis.

Arbor, in Belgio maxime vulgaris.

Nom. officin. QUERCUS.

Pars usualis. *Cortex.*

2. Q U E R C U S C E R R I S .

Foliis oblongis, lyrato-pinnatifidis, laciniis transversis, acutis, subtus tomentosis.

Arbor, in Hispania et Austria sponte nascens.

Partes usuales. *Gallae quercinae.*

II. L I Q U I D A M B A R .

Masculinus flos. Calyx communis, tetraphyllus. Corolla nulla. Filamenta numerosa.

Femineus flos. Calyx in globum, tetraphyllus. Corolla nulla. Stili duo. Capsulae multae in globum, bivalves, polyspermae.

I. LIQUIDAMBAR STYRACIFLUA.

Foliis palmato-angulatis, lobis indivisis, acutis.

Arbor regionum calidarum Americae septentrionalis.

Pars usualis. *Balsamum* quod *Styrax liquida* vocatur.

M O N O E C I A

M O N A D E L P H I A.

I. C R O T O N.

Masculus flos. Calyx cylindricus, quinque-dentatus. Corolla pentapetala. Stamina decem ad quindecim.

Femineus flos. Calyx polyphyllus. Corolla nulla. Stili tres, bifidi. Capsula trilocularis. Semen unicum.

I. CROTON CASCARILLA.

Foliis lanceolatis, acutis, integerrimis, petiolatis, subtus tomentosus; caule arboreo.

Frutex calidarum Americae regionum, in Peru et Paraguai frequens.

Nom. officin. CASCARILLA.

Pars usualis. *Cortex.*

II. PINUS.

Masculinus flos. Calyx tetraphyllus. Corolla nulla. Stamina plurima. Antherae nudaе.

Femineus flos. Calyx strobilus; squama biflora. Corolla nulla. Pistillum unicum. Nux ala membranacea excepta.

I. PINUS SYLVESTRIS.

Foliis geminis, primordialibus solitariis, glabris.

Arbor Europae borealis frequentissima, nobis culta.

Partes usuales. *Colophonium. Resina communis, alba et flava Pix solida et liquida. Terebinthinae oleum.*

2. PINUS ABIES.

Foliis solitariis, subulatis, mucronatis, laevibus, bifariam versis.

Arbor frequentissima in sylvis borealibus, in Belgio culta.

Partes usuales. *Pix solida et liquida Resina pini. Terebinthinae oleum.*

3. PINUS LARIX.

Foliis fasciculatis, obtusis.

Arbor in alpibus Helvetiae, aliisque sponte nascens; nobis culta.

Pars usualis. *Balsamum, quod Terebinthina laricina, seu veneta dicitur.*

III. RICINUS.

Masculus flos. Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Stamina numerosa.

Femineus flos. Calyx tripartitus. Corolla nulla. Stili tres, bifidi. Capsula trilocularis. Semen unicum.

I. RICINUS COMMUNIS.

Foliis peltatis, subpalmatis, ferratis.

Planta annua, in insulis Indiae occidentalis, in America australi, India orientali, Africa et Europa calidiori.

Nom. officin. RICINUS VULGARIS, seu CATAPUTIA MAJOR.

Partes usuales. *Semen, oleum.*

M O N O E C I A.

S Y N G E N E S I A.

I. BRYONIA.

Masculus flos. Calyx quinquedentatus. Corolla quinquepartita. Filamenta tria.

Femineus flos. Calyx quinquedentatus. Corolla quinquepartita. Stilus quadrifidus. Bacca subglobosa, polysperma.

I. BRYONIA ALBA.

Foliis palmatis, utrinque calloso-scabris; floribus monoecis.

Planta perennis, in locis umbrosis frequens.

Nom. officin. BRYONIA.

Pars usualis. *Radix.*

2. BRYONIA DIOECA.

Foliis palmatis, utrinque calloso-scabris; floribus dioecis.

Planta perennis ad pagos et sepes.

Nom. officin. BRYONIA.

Pars usualis. *Radix.*

II. CUCUMIS.

Masculinus flos. Calyx quinquepartitus. Corolla quinquepartita. Filamenta tria.

Femineus flos. Calyx quinquepartitus. Corolla quinquepartita. Pistillum trifidum. Bacca trilocularis; loculamentis subdivisis, gelatina fartis. Semina arguta.

1. CUCUMIS COLOCYNTHIS.

Foliis multifidis; baccis globosis, glabris.

Planta annua, climatis calidioris, circa Aleppo frequens.

Pars usualis. *Fructus*, cui *Colocynthis* nomen est.

2. CUCUMIS SATIVUS.

Foliorum angulis rectis; baccis oblongis, scabris.

Planta annua ignotae patriae; copiosissima in hortis colitur.

Nom. officin. CUCUMIS.

Pars usualis. *Semen.*

CLAS-

CLASSIS XXII.

D I O E C I A

D I A N D R I A.

I. S A L I X.

Masculus flos. Amenti squamæ. Corolla nulla.
Glandula baseos nectarifera.

Femineus flos. Amenti squamæ. Corolla nulla. Sti-
lus bifidus. Capsula unilocularis, bivalvis. Semina
papposa.

I. SALIX ALBA.

Foliis lanceolatis, acuminatis, serratis, utrinque pubes-
centibus; serraturis infimis glandulosis.

Ad fossas frequens; fere ubique culta.

Nom. officin. SALIX ALBA.

Pars usualis. *Ramorum biennium et triennium cortex.*

2. SALIX PENTANDRA.

Foliis serratis, glabris, floribus pentandris.

*In collibus maritimis prope Harlemum aliisque spon-
te nascens.*

Nom. officin. SALIX LAUREA.

Pars usualis. *Ramorum biennium et triennium cortex.*

D I O E C I A

T E T R A N D R I A.

I. BRUCEA. (a)

Masculinus flos. Calyx tetraphyllus, five quadripartitus. Petala quatuor. Nectarium receptaculiforme, quadrilobatum. Stamina quatuor.

Femineus flos. Calyx, Corolla et Nectarium, ut in mare. Germina quatuor, supera.

I. BRUCEA FERRUGINEA. (b)

Arbor, in Abyssinia sponte nascens.

Nom. officin. ANGUSTURA.

Pars usualis. *Cortex?* (c)

DIOE=

(a) Vide CAROLI LUDOVICI L'HERITIER *Stirpes Novas, aut minus cognitae, Parisiis Anno 1784. in lucem editas pag. 19. Tab. X.* et cum eo confer CAROLI LINNÉ *Systema Naturae, Tom. II. Part. I. pag. 286. Editionis Gmelinianaë, ubi generis Character essentialis quodammodo mutatus legitur.*

(b) Est *Brucea antidyfenterica* Milleri. Vide J. F. MILLER *Icones coloratas animalium et plantarum Tab. 25.*

(c) Confer quae de hujus corticis origine notavi pag. 106 et 107. nota (a) *Samml. für prakt. Aerzte Tom. XIV. pag. 436.* vel denique M. MATHIEU ROUCH in *l'Esprit des Journaux Tom. VIII. pag. 130 et seqq. titulo, Observation sur une nouvelle écorce fébrifuge.*

D I O E C I A

P E N T A N D R I A

I. C A N N A B I S.

Masculinus flos. Calyx quinquepartitus. Corolla nulla

Femineus flos. Calyx monophyllus, integer, latere hians. Corolla nulla. Stili duo. Nux bivalvis, intra calycem clausum.

I. CANNABIS SATIVA.

Foliis oppositis,

Planta annua Europae borealis, nostratibus culta.

Nom. officin. CANNABIS.

Pars usualis. *Senien.*

II. P I S T A C I A.

Masculinus flos. Amenti calyx quinquefidus. Corolla nulla.

Femineus flos distinctus. Calyx trifidus. Corolla nulla. Stili duo. Drupa monosperma.

I. PISTACIA LENTISCUS.

Foliis abrupte pinnatis; foliolis lanceolatis,

Arbor insularum Archipelagi.

Pars usualis, *Resina*, quae *Mastiche* dicitur,

D I O E C I A

H E X A N D R I A.

I. S M I L A X.

Masculus flos. Calyx hexaphyllus. Corolla nulla.

Femineus flos. Calyx hexaphyllus. Corolla nulla.

Stili tres. Bacca trilocularis. Semina duo.

1. SMILAX CHINA.

Caule aculeato, teretiusculo; foliis inermibus, ovato-cordatis, quinquenerviis.

Frutex Indiae orientalis, in imperio chinensi frequens.

Nom. officin. CHINA.

Pars usualis. *Radix.*

2. SMILAX SARSAPARILLA.

Caule aculeato, angulato; foliis inermibus ovatis, retuso-mucronatis, trinerviis.

Planta perennis americana, in mexicana et brasiliensi regionibus frequens.

Nom. officin. SARSAPARILLA.

Pars usualis. *Radix.*

D I O E C I A

O C T A N D R I A.

I. P O P U L U S.

Masculus flos. Amenti calycis lamina lacera. Corolla turbinata, obliqua, integra.

Femineus flos. Amenti calyx et corolla maris. Stigma quadrifidum. Capsula bilocularis. Semina multa, papposa.

I. POPULUS NIGRA.

Foliis deltoïdibus, acuminatis, ferratis.

Arbor, in collibus maritimis et pasim ad vias crescens.

Nom. officin. POPULUS.

Partes usuales. *Oculi, feu gemmae.*

D I O E C I A

D O D E C A N D R I A.

I. M E N I S P E R M U M.

Masculus flos. Petala quatuor exteriora, octo interiora. Stamina sedecim.

Femineus flos. Corolla maris. Stamina octo sterilia. Baccae binae, monospermae.

I. MENISPERMUM PALMATUM. (a)

Nom. officin. COLUMBO.

Pars usualis. *Radix.*

D I O E C I A

M O N A D E L P H I A.

I. J U N I P E R U S.

Masculus flos. Amenti calyx squamae. Corolla nulla. Stamina tria.

Femineus flos. Calyx tripartitus. Petala tria. Stili tres. Bacca trisperma, tribus tuberculis calycis inaequalis.

I. JUNIPERUS COMMUNIS.

Foliis ternis, patentibus, mucronatis, bacca longioribus.

Arbor, seu frutex in sabulosis patriae locis sponte nascens.

Nom. officin. JUNIPERUS.

Partes usuales. *Lignum, baccae, resina, quae Sandaraca (b) dicitur.*

2. JU-

(a) Vid. Observation sur une nouvelle écorce fébrifuge; par M. MATTHIEU ROUCH, membre du jury médical, à Limoux, dans l'Esprit des Journaux. Tom. VIII. Avril 1805. pag. 133. nota (1)

(b) In Diario botanico Consiliarii SCHRADER legimus : „ die *Resina Sandarac*, die, wie man bisher glaubte, von *Juniperus communis*

2. JUNIPERUS LYCIA.

Foliis ternis, undique imbricatis, ovatis, obtusis.

Arbor orientalis.

Pars usualis. *Resina*, quae *Olibani* et *Thuris* nomine vulgo innotescit.

3. JUNIPERUS THURIFERA.

Foliis quadrifariam imbricatis, acutis.

Arbor, in India orientali habitans.

Pars usualis. *Resina*, quae pharmacopolis *Olibanum*, vel *Thus* dicitur, pro ratione formae et habitus, quibus se offert.

4. JUNIPERUS OXYCEDRUS.

Foliis ternis, patentibus, mucronatis, bacca brevioribus.

Arbor, in oris Africae mediterraneis frequens.

Pars usualis. *Resina*, quae *Sandaraca* vocatur (a).

II. MYRISTICA.

Masculus flos. Calyx trifidus, coriaceus. Corolla nulla. Filamentum columnare. Antherae tres, vel plures, connatae.

Fe-

gewonnen würde, wird nach Herrn SCHOUSBOE's Bemerkung aus einer *Thuia* erhalten, welche Herr Profr. VAHL in 2^{ten} Theile seiner *Symb. bot.* unter dem Namen *articulata* beschreibt." Confer Journal für die Botanik von Medicinalrath SCHRADER. Erstes Stück, pag. 220, Gottingae 1800. et Bibliothèque de Physique, Medicine et Oeconomie 3^{me} Cahier. Desfontaines Flora Atlantica II. pag. 353.

(a) Vide notam (b) pag. 156.

Femineus flos. Stilus brevissimus. Stigmata duo. Capsula carnosâ, tandem coriacea, bivalvis. Semen nucamentaceum, arillo multifido vestitum, albumine ruminato. (a)

I. MYRISTICA MOSCHATA. (b)

Foliis lanceolatis; fructu glabro.

Arbor insulae Bandae, inter Moluccas celebris.

Partes usuales. *Nucleus*, ejus involucrum, *Macis* dictum, et *oleum*, quod *oleum Moschatæ* vel *Nucistæ* dicunt.

CLAS-

(a) Vid. JO. CHRIST. CRAMER. Enumeratio Plantarum, quae in Systemate Sexuali Linnaeano eas Clasfes et Ordines non obtinent, in quibus secundum Numerum et Structuram genitalium reperiri debent. pag. 203. Marburgi-Cattorum, 1803.

(b) Est *Myristica aromatica* Thunbergii. et *Myristica officinalis* Jacquini.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA

MONOECIA.

I. VERATRUM.

Hermaphroditus. Calyx nullus. Corolla hexapetala. Stamina sex. Pistilla tria. Capsulae tres, polyspermae.

Mas. Calyx nullus. Corolla hexapetala. Stamina sex. Pistillorum rudimentum.

I. VERATRUM ALBUM.

Racemo supradecomposito; corollis erectis.

Planta perennis, in montosis Austriae aliisque locis, etiam America septentrionali crescens.

Nom. officin. HELLEBORUS ALBUS, VERATRUM.

Pars usualis. *Radix.*

2. VERATRUM SABADILLA. (a)

Racemo spicato simplici; floribus secundis, pedunculatis, subnutantibus.

Planta perennis mexicana.

Nom. officin. SABADILLA.

Pars usualis. *Semen.*

II. MI-

(a) Confer RETZII Obs. bot. II. pag. 31. et CAROLI a LINNÉ Systema Naturae cura JO. FRID. GMELIN. Tom. 2. Part. 1. pag. 589. Lipsiae 1791.

II. MIMOSA.

Hermaphroditus. Calyx quinque-dentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque vel plura. Pistillum unicum. Legumen compressum.

Mas. Calyx quinque-dentatus. Corolla quinquefida. Stamina quinque, decem, plura.

I. MIMOSA NILOTICA.

Spinis stipularibus patentibus; foliis bipinnatis, partibus extremis glandula interstinctis; spicis globosis pedunculatis.

Arbor, in variis Africae regionibus frequens.

Pars usualis. *Gummi arabicum.*

2. MIMOSA CATHECHU.

Spinis stipularibus; foliis bipinnatis, multijugis; glandulis partialium singulis; spicis axillaribus geminis, vel ternis, pedunculatis.

Arbor bengalensis.

Pars usualis. *Extractum gummi-resinosum, Catechu,* seu *Terra japonica* dictum.

III. STALAGMITIS.

Masculinus flos. Calyx tetra-vel-hexaphyllus. Corolla tetra-vel-hexapetala. Stamina numerosa, receptaculo carnosso, quadrangulari inserta, subinde polyadelpa. Rudimentum stili subinde. Stigma echinatum.

Her-

Hermaphroditus flos. Calyx, corolla et stamina, ut in masculo. Stigma tri-vel-quadrilobatum. Bacca globosa, stilo et stigmate coronata.

I. STALAGMITIS CAMBOGIOIDES. (a)

Arbor Indiae orientalis, in ditioe siamensi frequens.

Pars usualis. *Gummi-resina*, cui nomen est *Gambogia*, feu *Gummi-Guttae*.

P O L Y G A M I A

D I O E C I A.

I. FRAXINUS.

Hermaphroditus. Calyx nullus, vel quadripartitus. Corolla nulla vel tetrapetala. Stamina duo. Pistillum unicum. Samara.

Femina. Pistillum unicum. Samara.

I. FRAXINUS EXCELSIOR.

Foliolis ferratis; floribus apetalis.

Arbor, in sylvis frequens.

Nom. officin. FRAXINUS.

Pars usualis. *Cortex.*

2. FRAXI-

(a) Est *Guttaefera vera* Königii. Vid. JO. ANDREAE MURRAY, Commentatio de arboribus, Gummi Guttae fundentibus, nominatim ea, quae verum erogat; subjunctis aliquot aliis observationibus botanicis; in *Commentationibus Societatis Regiae Scientiarum Gottingensis*. Vol. IX. pag. 169. et seqq. Gottingae 1789.

2. FRAXINUS ORNUS.

Foliolis ferratis; floribus corollatis.

*Arbor, in Calabria et Sicilia frequens.*Pars ufualis. *Manna.*

3. FRAXINUS ROTUNDIFOLIA. (a)

Foliolis ovalibus, crenatis, undulatis.

*Arbor, in Calabria et Sicilia sponte nascens.*Pars ufualis. *Manna.*

P O L Y G A M I A

T R I O E C I A.

I. F I C U S.

Receptaculum commune turbinatum, carnosum, connivens, occultans flosculos vel in eodem, vel distincto.

Mas. Calyx tripartitus. Corolla nulla. Stamina tria.

Femina. Calyx quinquepartitus. Corolla nulla.

Pistillum unicum. Semen unicum.

I. FICUS CARICA.

Foliis palmatis.

Arbor, in Europa calidiori sponte crescens.

Nom. officin. CARICA, FICUS.

Partes ufuales. *Fructus siccati.*

CLAS-

(a) Confer CAROLI a LINNÉ Systema Naturae, l. c. pag. 75.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

I. POLYPODIUM.

Fructificationes in punctis subrotundis, sparsis per discum frondis.

I. POLYPODIUM FILIX MAS.

Frondibus bipinnatis; pinnis obtusis crenulatis; stipite palcaceo.

In sylvis et locis umbrosis frequens.

Nom. officin. FILIX MAS.

Pars usualis. *Radix.*

II. LYCOPodium. (a)

Fructificationes in axillis foliorum, vel squamarum sessiles, bivalves.

I. LYCOPodium CLAVATUM.

Foliis sparsis, filamentosis; spicis teretibus; pedunculis geminis.

Pas-

(a) *Lycopodii* genus a multis inter *Muscos* relatum, ab aliis ad *Filices* pertinere censetur; ab aliis denique meliori, ut mihi quidem videtur, iudicio sui ordinis planta habetur; quem autem ob rationes, in praefatione relatas, negligere coacti sumus.

Pasim in patriae nostrae sylvis occurrit.

Nom. officin. LYCOPODIUM.

Partes usuales. *Semina.*

C R Y P T O G A M I A.

A L G A E.

I. L I C H E N.

Mas. Receptaculum subrotundum, planiusculum, nitidum.

Femina. Farina foliis adsperfa.

I. LICHEN ISLANDICUS.

Foliaceus, ascendens, laciniatus; marginibus elevatis, ciliatis.

Perennis, in Europae sylvis sterilissimis, borealibus.

Nom. officin. LICHEN ISLANDICUS.

Pars usualis. *Tota planta.*

C R Y P T O G A M I A.

F U N G I.

I. B O L E T U S.

Fungus horizontalis, subtus porosus.

I. BOLETUS IGNIARIUS.

Acaulis, pulvinatus, laevis, poris tenuissimis.

In

In truncis variarum arborum.

Nom. officin. AGARICUS QUERNUS.

Pars ufualis. *Totus fungus.*

II. LYCOPERDON.

Fungus subrotundus, feminibus farinaceis repletus.

I. LYCOPERDON BOVISTA.

Subrotundum, lacerato-dehiscens.

In pratis et pascuis sterilibus.

Nom. officin. BOVISTA.

Pars ufualis. *Totus fungus.*



E R R A T A.

- Pag. 55. lin. 15 *Rad x.* lege *Radix.*
— 56. — 6 *Rhodum* — *Rhodium*
— 66. — 24 *iu* — *in*
— 78. — 5 *subaequali* — *subaequalis*
— 136. — 21 *ab que* — *absque*

C L A V I S

SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PUBLICAE.

MONOCLINIA.

DIFFINITAS.

INDIFFERENTISMUS.

- | | |
|----------------|------------------|
| 1. MONANDRIA. | 8. OCTANDRIA. |
| 2. DIANDRIA. | 9. ENNEANDRIA. |
| 3. TRIANDRIA. | 10. DECANDRIA. |
| 4. TETRANDRIA. | 11. DODECANDRIA. |
| 5. PENTANDRIA. | 12. ICOSANDRIA. |
| 6. HEXANDRIA. | 13. POLYANDRIA. |
| 7. HEPTANDRIA. | |

SUBORDINATIO.

14. DIDYNAMIA.
15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.

16. MONADELPHIA.
17. DIADELPHIA.
18. POLYADELPHIA.
19. SYNGENESIA.
20. GYNANDRIA.

DICLINIA.

21. MONOECIA.
22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.

NUPTIAE CLANDESTINAE.

24. CRYPTOGAMIA.

C. L. A. N. I. S.

ESTIMATA DE S. N. A. I. I.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

UPTIA M. I. A. S.

CLASSES ET ORDINES

SYSTEMATIS SEXUALIS.

CLASSES.	ORDINES.
1. MONANDRIA.	MONOGYNIA. DIGYNIA. TRIGYNIA. TETRAGYNIA. PENTAGYNIA. HEXAGYNIA. HEPTAGYNIA. OCTOGYNIA. ENNEAGYNIA. DECAGYNIA. DODECAGYNIA. POLYGYNIA.
2. DIANDRIA.	
3. TRIANDRIA.	
4. TETRANDRIA.	
5. PENTANDRIA.	
6. HEXANDRIA.	
7. HEPTANDRIA.	
8. OCTANDRIA.	
9. ENNEANDRIA.	
10. DECANDRIA.	
11. DODECANDRIA.	
12. ICOSANDRIA.	
13. POLYANDRIA.	
14. DIDYNAMIA.	GYMNOSPERMIA.
	ANGIOSPERMIA.
15. TETRADYNAMIA.	SILICULOSA.
	SILIQUOSA.
16. MONADELPHIA.	TRIANDRIA. TETRANDRIA. PENTANDRIA. HEXANDRIA. HEPTANDRIA. OCTANDRIA. ENNEANDRIA. DECANDRIA. DODECANDRIA. ICOSANDRIA. POLYANDRIA.
17. DIADELPHIA.	
18. POLYADELPHIA.	

CLASSES.	ORDINES.	
19. SYNGENESIA.	POLYGAMIA. <ul style="list-style-type: none"> AEQUALIS. SPURIA. 	
	MONOGAMIA.	
20. GYNANDRIA.	DIANDRIA.	
	TRIANDRIA <i>etc.</i>	
21. MONOECIA.	MONANDRIA. DIANDRIA. TRIANDRIA. TETRANDRIA. PENTANDRIA. ICOSANDRIA. POLYANDRIA. MONADELPHIA. SYNGENESIA. GYNANDRIA.	
		22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.		MONOECIA.
		DIOECIA.
		TRIOECIA.
24. CRYPTOGAMIA.		FILICES.
		MUSCI.
	ALGAE.	
	FUNGI.	

SUPERFLUA.
FRUSTRANEA.
NECESSARIA.
SEGREGATA.

CLASSIFICATION SYSTEM

ORDINES CLASSES

MONOXYMIA	1. MONANDRIA
DIOXYMIA	2. DIANDRIA
TRIOXYMIA	3. TRIANDRIA
TETRAOXYMIA	4. TETRANDRIA
PENTAOXYMIA	5. PENTANDRIA
HEXAOXYMIA	6. HEXANDRIA
HETEROXYMIA	7. HETEROANDRIA
OCTOXYMIA	8. OCTANDRIA
ENNEAOXYMIA	9. ENNEANDRIA
DECAOXYMIA	10. DEKANDRIA
TRIKOXYMIA	11. TRIKANDRIA
DIPTERYMIA	12. DIPTERYDIA
MONOTRYMIA	13. MONOTRYDIA
SYMPHYMIA	14. SYMPHYDIA
DIPTERYMIA	15. DIPTERYDIA
MONOTRYMIA	16. MONOTRYDIA
SYMPHYMIA	17. SYMPHYDIA
DIPTERYMIA	18. DIPTERYDIA
MONOTRYMIA	19. MONOTRYDIA
SYMPHYMIA	20. SYMPHYDIA

G. FROLIK
C A T A L.
P L A N T A R U M
M E D I C I N A L.

G. FROLIK
C A T A L.
P L A N T A R U M
M E D I C I N A L.

C. I. ROLL
MAY 18
1862
MAY 18

1862
MAY 18
1862
MAY 18



